



# Loci communes theologici recens collecti & recogniti

<https://hdl.handle.net/1874/402743>

*gee*

2

LOCI  
COMMUNES THE-  
OLOGICIRECENS  
collecti & recogniti a  
Philippo Mel-  
lanthone.

M D XXXV.

ον θυσίαις ὁ θεός μᾶλλον δῆτέρπεται ἀλλα  
ἢ διδαχῇε μελέτῃ εἰπικρινοῦε τε λόγου  
τσεδὸν χιτέσσαναξ κραδίη δέχταιλεον μέν  
μετέρας δὲ γιώωνευματη ἔρδε φρένας

Non sacrifigat deo magis nisi delocutus  
qua dictum studio summis per sonis  
tobis ergo et hoc rex tuus sis aperte propositio huius  
et meas summi sancti iurisq; omnes

SERENISSIMO PRINCIPI D. HENRICO  
OCTAVO, ANGLIAE ET FRAN-  
CIAE REGI, HIBERNIAE DO-  
MINO, VVALLIAE ET  
CORNVBIAE PRIN-  
CIPI. S. D.



VM IN DOCEN-  
do magnopere pro-  
fit, tenere summas  
rерum ordine et ra-  
tione distributas, &  
in methodum cōtra-  
etas, collegi & ego  
principios locos do-  
ctrinæ Christianæ,  
eosq; quos arbitrabar maxime ad pietatem alcen-  
dam conducere, & in uita, & in exercitijs piorē  
usum habere, deniq; qui extare in Ecclesijs & in  
contionibus inculcari maxime debent. Ac non  
solum curiosas & inutiles questiones præcidi ac  
fugi, sed etiam in reliquis locis, quos explicandos  
esse putau, optima fide ac simplicitate sine So-  
phistica, res ipsas, quantum potui, exposui. Nam  
G ipse abhorreo, ut qui maxime a præstigijs illis  
A ij disputa-

disputationum, quæ eum multa colligunt inextricabilia, perplexa, paradoxa, absurdia, prodigiosa, tantum perturbant conscientias, nō docent.

Etsi autem hoc unum sicut meum consiliatur ut de rebus necessarijs colligerem doctrinam catholicæ Ecclesiæ Christi, uidelicet, quæ traditur in Apostolicis literis, & receptis scriptorib. Ecclesiasticis, tamen hic præfundum duxi, me libenter Ecclesiæ catholicæ, hoc est, pijs, doctis, & peritis omnibus permittere iudicium de omnibus lucubrationib. meis. Quemadmodum enim Paulus præcipit, ut unusquisq; norit modum fidei sibi datum a Deo, ita cum mea mihi imbecillitas non plane sit ignota, neq; antea sine autoribus de illo dogmate pronunciaui, neq; Ecclesiæ iudicium unquam aspernabor.

Nec uero nouum est exemplum, methodi doctrinæ Christianæ informare. Nam & apud græcos Damascenus, & apud nostros Longobardus huiusmodi scripta reliquerunt, quibus gratiam & celebritatem summam hoc unum peperit, quod methodi magno studio exspectuntur. Itaq; uiderimus eos uel primæ classis scriptoribus annumeratos esse. Extiterunt & ante hos huius generis libellis

libelli. Enarrationes Cypriani et aliorū in sym-  
bolum. Et nonnulli non inconcinne Augustini  
sententias collegerunt de singulis articulis, in li-  
bello cui titulus est de fidc ad Petrum, Extat &  
uetus scriptum Origenis τριγή ἁγχαρη, cui hunc  
titulum fecit, propterea quod præcipuos locos  
Christianæ doctrinæ, ibi serie quadam disponit &  
explicare conatur. Ad hæc Paulus quasi me-  
thodum quandam informat in Romanis, accura-  
tissime disputans de causa peccati, de usu legis,  
& de beneficio Christi, quod sit proprium Christi  
beneficium, quomodo consequamur remissionem  
peccatorum, & reconciliationem. Sunt initio &  
symbola hoc consilio condita, ut extaret breuis  
quædam summa doctrinæ Christianæ, in qua locos  
ad pietatem necessarios tanquam simul in una ta-  
bula propositos conspicere & complecti homines  
possent. Nam hæc una est ratio utiliter docendi.  
Quare non sum autor noui exempli in Ecclesia,  
sed illud ualde angit animum meum. Quo magis  
opus est methodo, quo audius omnes studiosi o-  
mnibus etatibus has εραγωγας & expetiue-  
runt, & exceperunt, e maiore consilio, & rel-  
ligione scribi debebant. Quid enim difficultius est,  
quam explicare dilucide grauißimas religionis  
controversias, quid periculosius, quam in tanta

A ij      iudiciorū

iudiciorum uarietate rectissima diligere? Quid  
proclivius, Quid tam homini proprium, quād la-  
bi, & hallucinari, & non raro specie recte des-  
cipi. Quid quod sēpe etiam recte sentientes, tu-  
men in explicando quasi sui obliuiscuntur, nec  
satis commode dicunt quod uolunt. Sēpe cedunt  
oneri, nec possunt, quod sentiunt exponere. Inde  
cum postea imperiti opiniones parum commoda-  
hauriunt, plurimum oritur scandalorum in Ec-  
clesia. Haec scūm me nō frustra queri, qui cum  
iudicio ueteres scriptores legunt, quo:rum uix ul-  
lus est in quo non interdum uel perspicuitas ne-  
diligentia desideretur. Quam multi occurru-  
loci, de quibus cum ipsis autoribus si liceret, col-  
loqui cuperemus, & coram diserte seiscitari quis  
senserint, quos habuerint autores. Presertim  
autem in hoc scripti genere in methodis, quam  
multa non obscure taxantur. Quoties iugulatur  
Origenes in libro τρεῖς ἀρχῶν, Longobardo ne-  
quidem ipsius alumni pepercérūt, Et quedam ius-  
re reprehenduntur. Itaq; cum tantum & diffi-  
cilitatis & periculi sit, componere methodum,  
sepe mihi uenit in mentem, id non unius hominis  
opus esse debere, sed synodi, in qua doctissimi &  
optimi uiri re cōmūniter deliberata, de omnibz  
ijs articulis, de quibus sēpe oriuntur cōtrōversies  
et quæs

¶ quædam in ipsis veterib. dissimilitudo est, dili-  
genter iudicarent, & integrum doctrinam reli-  
gionis ederent. Quod Plato inquit, Principes rea-  
rum publicarum præcipue hoc efficere debere, ut  
cives & beati sint & inter se amici, ad hunc o-  
ptimum Ecclesiæ statum nulla res afferret plus  
momenti, quam si talis aliqua pia ac simplex ex-  
taret forma doctrinæ, graui autoritate scripta.  
Hec enim & ambigentes animos sanare, & co-  
cordiam ac tranquillitatem Ecclesie restituere,  
& in posterum munire posset. Huius summi inter  
homines beneficij autores non solum Episcopos,  
sed etiam summos Principes esse decet, ut & glo-  
riam Dei ornent & omnium gentium saluti con-  
sulant, præsertim cum sine ope ipsorum res tanta  
perfici nequeat. Nec uero dubito, quin ut quisque  
Princeps prudentissimus atque optimus est, ita ue-  
hementissime afficiatur Ecclesiæ cladem. neque non  
sunt aut obscuræ, aut ita leues, ut sine summa  
acerbitate doloris considerari possint. Veteres  
quidam morbi hærent in Ecclesia non dissimulan-  
di. Constat enim quosdam insignes articulos do-  
ctrinæ Christianæ diu iacuisse obrutos densissima  
caligine. Ex qua postquam euolui coeperunt ope-  
ra quorundam doctorum & bonorum viro-  
rum, statim suscepta est passim inusitata sevicia

*Amesius Semin  
prognosis*

& indigna lenitate Ecclesiastica. Neq; tantum  
trucidantur boni & docti uiri, confirmantur ab-  
usus, sed omnino extinguntur studia doctrinae  
Christiane. Hinc orta dissensio, cum alia infinita  
parit incommoda, tum hoc præcipuum, quod locu[m]  
prebet, ut sit, alicubi indoctis, sediciosis & fanati-  
ciscis hominibus, qui & nefarias Deorum spargunt  
spargunt in Ecclesia, & de rebus ciuilibus falsas  
scrunt opiniones & pernicioſas religioni ac ci-  
uili hominum societati, planeq; transformant  
religionem in quandam horribilem barbarient.  
His tantis malis profecto decet bonos & sapien-  
tes Principes idonea remedia querere. Quid  
quod etiam posteris preſtare Ecclesiam debent?  
que quidem, niſi ratio meatur, ut pia & certa  
doctrinae forma ad posteros propagetur, infinitis  
modis dilacerabitur. Extat apud Xenophontem  
brevis quedam ac plena grauitatis atq[ue] animi  
Laconici cōcio Archidami, qui collapsam ac pen-  
deploratam Spartam uirtute sua restituit. Hic  
ante id prælium, quo maxime iterum crexit pa-  
triam, cum instructa acic, iam signa canere illu-  
beret, his uerbis adhortatur exercitum, *Ἄνδρες*  
*Boni facti, respi[ci]t τοῦ ιλατού ἥντι γαθοῖ γενόμενοι, ἀναγένεται*  
*τις αὐτοῖς σωτηρία, καὶ ποδῶν μεν τοῖς ἐπιτί*  
*πατήσαντοις τύποις ταττίσαντος. O generosam no-*

*ccm, O*

rem & dignam Rege Spartano, & Agesilai filio, qua testatur magnos & fortis viros debere maximas dimications suscipere, ut posteris saluam rem pub. tanquam certam sedem relinquant. Quanto magis decet sic affectos esse Christianos & Principes & doctores, ut cupiant posteris relinquere Ecclesiam recte constitutam ac tranquillam. Nec uero ullius rei cura potior & antiquior esse magnis viris debet, presentim ijs qui sedent ad gubernacula, qui utinam in tantis Ecclesie calamitatibus aliquando sibi hanc honestiss. uocem subiiciant, ἀναβλέψωμεν τρόποις συμμαχητίᾳ, ἀποδώματιν τοις εὐτιγίγνυλοις ποστεῖσθαι τηρεῖσθαι. Id uero non potest effici, nisi rite explicata doctrina. Nam uiolenta cōfilia ne sanat ambigentes animos, nec prosumt ad constitutandam durabilem tranquillitatem. Et quanquam cohercenda est petulantia, & securis exemplis puniendi sunt, qui ferunt aut amant impia dogmata, aut seditiones excitant, tamen uidendum est, ne pariter sine discriminē exerceatur seuicia in bonos & malos.

Sed ut redcam unde digressus sum, Evidem  
maxime opto, ut de aliqua integra methodo syno-  
sus aliquando deliberet, sed cum hoc tempore ui-

A v derem

derem in tanta uarietate disputationum atq; opin  
ionū imperitis quasi regiones monstrandas esse  
doctrinæ Christianæ, eosq; præmuniendos esse cō  
tra perniciosas atq; impias opiniones, coegi hos  
locos in compendium, bono studio, & quantum  
potui dedi operam, ut ordinem & uiam ad doce  
endum accommodatam adhiberem, meq; in ipsa  
methodi septa diligenter inclusi, quod ut faciam,  
etsi etiam ingenij infirmitas me cogit, tamen ha  
beo aliquam consilij mei rationem. Quanquam  
enim sunt nonnulli excellentibus ingenij prediti,  
qui uelut Phidias tribuit statuis non solum aptam  
harmoniam membrorum, sed etiam dignitatem et  
amplitudinem, ita & ipsi ad methodum adiungit  
splendorem & lumen orationis, ad illustrandam  
rerum magnitudinem, tamen hæc felicitas per  
paucorum est. Ego mico me pede metior, ac sati  
agnoso me, diuinam illam Phidiæ formam atq;  
ideam effingere non posse, ac facile patior me  
inter κορωνας & μινυτορυ operū figulos  
numerari, quare maiore cura ac studio illa artis  
uestigia cōsector. Scio multos alios magis delecta  
ri liberis declamationibus, & has angustias mes  
thodi fugere, sed pleriq; dum sibi indulgent, sepe  
a scopo decerrant, & dum multa extra caussam,  
magna uoce sonant, manuq; tota, nihil certi le  
torem

*infigurab qm  
e lino ant rea  
ant n gms mo  
scuafingua mma  
gurulab er gno  
pas qmby fudan  
Pote la poneu*

etorem docent. Illam uero licentiam Academicu  
more disputandi, maxime odi, quam sibi sumunt  
nonnulli, qui et recte tradita ab alijs calumniose  
deprauant ac euertunt, et sine lege, sine delectu,  
sine autoritate ueteri, quidquid libet, dicunt.  
Quod de Tantalo inquit Euripides, ἀνόλαυσος πιτουλάτης habens  
χειράς από την οὐρανού, προσέτοι in theātrō morbus,  
ολογο turpisimus est morbus, linguae petulantia. In eis omnes  
Meminisse nos decet, quo in theātro uersemur, iu-  
dicem habemus Christum, spectatores Angelos,  
auditores infirmos, quorum animi facile saucian-  
tur. Ideo et religionem ac fidem, quam debe-  
mus rebus sacris præstare studui, et ne res alio-  
qui intricatas magis etiam inuoluerem, adhibui  
proprietatem in explicando, quantam potui  
Namq; ob causam usitatis in Ecclesia uerbis usus  
sum, et interdum a scholis uerba quedam mutu-  
atus sum, quæ sunt condonanda temporibus. Cæ-  
terum dedi operam, ut sermo esset perspicuus.  
Non admisici peregrinas disputationes, Itfi enim  
ita statuo, eos qui non sunt instructi liberali eru-  
ditione, non satis idoneos esse ad exponendam  
religionis doctrinam, et in plerisq; locis quedam  
ex alijs literis assumenda sunt. Interdum confe-  
rendæ quedam sententiæ religionis, cum Philo-  
sophia, tamen ut in alijs rebus, ita hic quoq; mo-  
dis gra-

*scriptorium Gorodis*

dus gratissimus est. Adiuuemur ab alijs artibus in  
his ipsis rebus illustrandis, in instituenda econo-  
mia, seu, ut ita dicam, in ipsa ædificij forma de-  
lineanda. Nam indocti ne possunt quidem res inti-  
tricatas apte distribuere, sed saepe miscent non  
cohærentia, aut diuellunt coniuncta. Nec semper  
uident, quid sit in controversia, ubi configendum  
sit. Ad hæc pleriq; loci collatione Philosophiæ  
sunt illustriores. Neq; tamen confundenda sunt  
artium genera, nō obruenda est doctrina Christia-  
na alienis disputationib. Ego etiam, ne prolixia  
or essem, parcias, quam licuit, delibaui quedam  
ex alijs literis. Paulus uult eos qui tradunt doctri-  
nam religionis, esse Didacum Iakovem, quod profecto  
nemo præstare potest rudis aliarum literarum.  
Itaq; et si sunt aliæ præstantiores uirtutes, pietas,  
ius uitæ, experientia certaminum spiritualium,  
prudentia, tamen impudentes sunt hi quoq; qui  
cum se interpretes doctrinæ Christianæ esse pro-  
fiteantur, non dant operam, ut adiungant libera-  
lem eruditionem, quæ non solum ornamento est  
Ecclesiæ Christianæ, sed aliquid ipsi doctrine lu-  
cis addit. Ac plane dignos odio esse censco An-  
baptistas, et si qui similes sunt, qui in eruditam  
quandam et barbaricam theologiam in Ecclesiis  
am inuicem conantur, et contendunt nullis lite-

ris opus esse, quare omnia confusa sine arte dicitur, nullam adhibent antiquitatis noticiam, nullam collationem ex alijs disciplinis. Atq; hi suum habent theatru. Vulgus enim quia natura odit artes, gaudet earum dignitatem eleuari. Verum hæc persuasio non solum officit studijs literarum & ciuili uitæ, quam tuentur ceteræ artes, sed etiam nocet religioni. Nam cruditio non solum hoc nomine prodest, quod acuit iudicia, quod docendi formam monstrat, sed conductit etiam moribus. Nam ut quisq; eruditissimus est, ita diligentissime magnitudinem rerum animo metitur, quod curam & sollicitudinem recte docendi auget. Contra inscitia negligentiam in bonis alit, confirmat in malis audaciam qua nulla maior est Ecclesiæ pestis. Multo enim confidentius uociferantur & pronunciant mali, ubi autoritatem sibi arrogare sine doctrina possunt. Quare omni contentione censeo incitandos esse ad iustum discendi rationem. & ad uera studia cum religionis, tum aliarum optimarum artium omnes qui utiliter seruire Ecclesiæ cupiunt. Inuitantur autem ingenia exemplis, iuxta illud Hesiodium ξελοῦ δέ τε γειτονοῦ λατινοῦ  
τον, γειτωρ. Itaq; et si mea scripta non sunt perpolita, tamen ut nihil aliud præstet, certe me thodus monere lectorcs potest, ad res tantas expoundendas

nendas alijs etiam literis atq; artibus opus esse.

Ut autem hic commentarius auspiciatus  
exiret in publicum tuo nomini inclite Rex dedi-  
candum esse censui, præcipue ob hanc caussam,  
quod cum non nulli partim indecti, partim iniqui  
etiam apud exteris nationes summorum regum  
animos pariter aduersus omnes qui non probant  
omnia monachorum somnia miris artificijs incen-  
dant, plurimum mea referre putavi, ut tibi regum  
omnium doctissimo exhiberem hoc scriptum, ut  
Majestas tua potius ex hoc scripto quam ex alio-  
rum calumnijs, iudicium de me & toto hoc doc-  
trinæ genere in quo uersor, faceret. Accipimus te  
cum in sacris literis præclare doctum esse, tum  
in reliqua philosophia, ac præcipue in illa pulcher  
rima parte, uidelicet in consideratione motuum  
& effectuum coelestium, qua & propter dignita-  
tem rerum, & propter maximas utilitates in re-  
bus gerendis, summos ac sapientissimos Reges  
omnibus ætatibus maxime delectatos esse legimus,  
accerrimo studio, & summa cum prudentia uer-  
sari. Accedunt ad tantam prestantissimarum ar-  
tium doctrinam, & ceteræ uirtutes digne mag-  
no principe, Iusticia in imperio, pacis tuende cu-  
ra, magnitudo animi, pietas, studium iuuande &  
ornande

ornande religionis Christiane, clementia ac bona  
nitas eximia quæ cum in alijs negotijs cernitur,  
tum etiam in hac re lucet, quod in tuo regno nulla  
seuicia in homines bonos moderatos, & studiosos  
prioris doctrinæ Ecclesiastice exerceri dicitur,  
cum in alijs terris principum iracundia sine mo-  
do exarserit, de quorum consilio nihil hoc loco  
disputabo. Tantum illud dicam, quod mihi uide-  
tur. Neq; decet Ecclesiam iniusta crudelitas, neq;  
profutura est ad restituendam tranquillitatem.  
Itaq; moderatio tua digna bono ac sapiente Prin-  
cipe, haud dubie Dco grata est. Ut enim ui quoq;  
coherceri fanaticos & impios homines, Deus præ-  
cipit ita nullum crudelius est parricidium, quam  
simul pios, ac membra Christi trucidare, lacra  
re ueram Ecclesiam, & delere res bonas atq;  
utiles Ecclesiæ. Neq; n. negari potest à bonis &  
dottiis uiris multa ad pictatem utilia, iterū patefa-  
cta esse. Propheta Esaias, cū uaticinatur pios Re-  
ges, Ecclesiæ Nutricios ut uocat, fore, postulat ut  
Reges tegant pios aduersus iniustum seuiciam, ut  
rectam doctrinam propagari current. Qui tituli,  
quæ trophæa magis optanda sunt magnis & sapi-  
entibus regibus, quam ut coelesti uoce tribuatur  
eis hæc suauissima appellatio, ut prædicetur Eccle-  
sie Christi Nutricij. Magna sunt, & plena dig-  
nitatis

tatis preconia, dici Africanum, Macedonicum,  
et hoc genus alia. Sed multo gloriosius est dici  
patriæ patrem. Vera autem nobis et perpetua  
est patria, Christi Ecclesia. Huius ueræ patriæ  
patrem et ut prophetæ uerbo utar, nutrictum  
esse, haec uero est ingens gloria, præcipue expe-  
tenda Regib. Haec officia Reges Deo conciliant,  
haec officia sunt hostiæ Deo gratissimæ. Non sunt  
autem Ecclesiæ nutricij, qui quamuis crudelis-  
tati sue prætexunt Ecclesiæ nomen, tamen uera  
Ecclesiæ membra, hoc est, homines pios et do-  
cillos iniustissime interficiunt, et doctrinam in qua  
ueri cultus Dei monstrantur, delent. Itaq; non  
solum moderatio tua, et clementia ipsa laudata  
da est, sed iudicium potius ac sapientia, quod  
M. T. ita tuetur Ecclesiæ tranquillitatem, ut tan-  
men fauatur studijs pietatis, et intelligat quosdam  
abusus emendatione opus habere. Cum igitur  
et doctrina excellere Maiestatem. T. scirem, et  
intelligerem te singulari moderatione et clemen-  
tia, que maxime decet eruditio[n]em, in his dissen-  
sionibus uti, potissimum Maiestati tuae duxi mis-  
tendum esse hoc scriptum, quod eis totū permittit  
iudicio Maiestatis tuae, tamē ut s[er]p[er]o, ostendet in-  
iuste contra nos accendi regum iracundia. Non  
dubitato quin Maiestas T. simul et gloria Christi,

Et gloriæ Christi, et paci Ecclesiæ optime consilium  
sunt cupiat, ac de remedij huius dissidij saepe  
multumq; deliberet, quam ad rem sane prodest  
non tantum illorum uidere scripta qui causam no-  
stram iniustissimis calumnijs deformant, quod non  
solum impudentes quidam, et insini subsellij ho-  
mines faciunt, sed etiam non nulli alij, qui in hoc  
theatrum prodeunt sumpta singulari grauitatis  
et sapientie persona, quos decuit autoritatem  
suam, non ad bonorum perniciem, et ad inflam-  
mandam crudelitatem imperitorum, sed potius ad  
ornandam Christi gloriam, ad morbos Ecclesiæ  
recte curandos, ad flectendos ad Christianam leni-  
tatem principum animos, conferre. Turpissimum  
est enim magnis uiris simulatione grauitatis sy-  
cophanticam exercere, quod faciunt, qui astute  
dissimulat receptos abusus, et arte deprauant ea  
qua nostri pie atq; utiliter monuerūt. Ego ex ani-  
mo ueneror Ecclesiam Christi catholicā, cuiusq; sen-  
tentia omni studio amplector. Nec uelim unquam à  
iudicij bonorum et doctorū in Ecclesia dissentire.  
Proinde hunc meum commentarium exhibeo  
Maiestati T. non ut patronum mihi, siquid erro,  
sed ut in grauissimis controversiis censorēquerā,  
cuius iudicium propter doctrinam rectum, prop-  
ter fastigii Regiae Maiestatis liberum et equum

fore statuebam Oro itaq; M. T., ut hoc nomina  
non grauatum scriptum meum accipiat, in quo n<sup>o</sup>  
perero videbit me & res ad pietatem utiles com-  
plexum esse, & pacis concordiaeq; Ecclesiastice  
cupidissimum esse. Christus M. T. scrutet  
incolumem ac florentem, & guber-  
net ad Christi gloriam ornans  
dam, & ad salutem Ecclesie.

Anno M. D. XXXV.

# LOCI COMMUNES THEOLOGICI.



ICVT IN ALIIS  
artibus prodest te-  
nere præcipuos lo-  
cos methodo, & se-  
rie quadam disposi-  
tos, quibus cognitis  
initia, progressio-  
nes, exitus artium  
profici possunt, ita  
conducit & in doctrina Christiana methodum a-  
liquam informare. Constat enim hanc unam esse  
iustam perfecte docendi viam, omnium doctorum  
& prudentum literis celebratam. Porro quidam  
in colligendis Theologicis locis, tantū quosdam ex  
Philosophia morali accersunt. Enumerant uir-  
tutes, ut Iusticiam, Temperantiam, Beneficentia-  
m & similes. Sed Christiani scire debent, et si hi  
Philosophici loci ad partem aliquam legis Dei  
recte referuntur, tamen ingens discrimin inter  
doctrinam Christianam, & Philosophiam esse,  
& requiriendas hic esse alias res multo maiores,  
ignotas Philosophie, ut mox apparet in cata-

B ij logo

## LOCI COMMUNES THEOLGICI.

logo locorum. Ac si quis proprius considerat ipsam seriem sacrorum librorum, animadueriet apiam esse eorum œconomiam. Primus initio cōcionatur de rerum primordijs, docet mundum a Deo conditum esse, describit hæminis naturam & dignitatem, monstrat initium, causam, & pœnas peccati. Describit et initium Euangeli, quomodo initio promissum sit semen, quod liberaret nos a tyrannide diaboli, hoc est, a peccato & morte. Hæc iam initia sunt Ecclesiæ. Postea in historijs sequuntur multæ conciones de lege & Euangelio, uidelicet de iudicio Dei, de pœnis impiorum, de præmiis piorum, de uita æternâ. Qualis est illa prima concio ad Cain. Si bene feceris, recipies, sin autem male, peccatum tuum et si quiesceret, reuelabitur tamen, Sed peccatum sit sub te, & tu domineris ipſi. Coniunxit manda, præmia, pœnas. Testatur Deum iudicem futurum, significat & differri iudicium. Impios aliquamdiu florere, iustos male affligi. Sed restare aliquid iudicium. Tecte igitur uaticinatur de postremo iudicio, de æterna uita. Docet item in natura hærcere peccatum, sed Deum tamen hanc inchoatam obedientiam, qua credimus Deum nobis ignoscere, & resistimus peccato, approbare. Vide

## PHILIP. MELANTH.

Vides integrum Euangelij sententiam, nam ex suo  
priori capite, addenda est promissio de semine,  
propter quod Deus testatus est se iherum in gra-  
tiam recipere homines, & condonare peccatum.  
Hec promissio paulatim clarius reuelatur ac  
proponitur. Renouatur & Lcx in Exodo. Histo-  
rie demde continent exempla legis & Euangely,  
ire & misericordiae, quod Deus uere puniat pec-  
cata, & ignoscat his, qui resipiscunt, bene faciat  
iustis. Ad eundem modum Prophetarum con-  
ciones consumuntur omnes in duob. locis, In lege,  
& illustranda promissione Christi. Arguunt pec-  
cata, & rursus proponunt consolationem, docent  
de beneficiis Christi, Hec eadem postea in Euan-  
gelio clarius reuelantur, & sparguntur in omnes  
gentes. Hac serie animaduersa facile iudicari  
potest, non sine ordine res necessarias ad pictatę  
in scripturis tradi Postremo Paulus plane artifex  
est, & methodum adhibet in disputando, mon-  
strat discriminem legis & Euangelij &c. Hec  
exempla imitabimur, & locos praecipuos doctrinae  
Christianae recensebimus, ac propemodum ses-  
quemur ordinem in Symbolis fidei traditum. Scia-  
endum est autem, quod de his que sacre literae  
iubent nos sentire, & de articulis fidei, non satis

B iiiij est habere

## LOCI COMMUNES THEOLOGICI.

est habere ambiguas opiniones, sed oportet habere certam & firmam sententiam. Nam dubitatio parit impietatem & desperationem iuxta illud, Omne quod nō est ex fide, peccatum est. Et Rom. 14. Vnusquisq; de sua fide certus fit. Et fides nō est dubitatio, sed ἐλέγχος, id est, certa assensio de rebus non apparentibus. Quare hinc procul repudiandus est mos Academicorum & Scepticorum, qui uerant quidquam affirmare, & iubent dubitare de omnibus rebus, seu certe ἐπί Χριστόν, hoc est, suspendere assensiones. Propterea tollit religionem, si quis iubet de uoluntate Dei quatenus in scripturis reuelata est, hoc est, de cōminicationibus & promissionibus dubitare. Sic indicandum est de ceteris articulis, quos scriptura proponit.

## CATALOGVS LOCORVM.

De Deo.

Quod sit unus Deus.

Quod sint tres personæ diuinitatis.

De creatione.

De causa peccati.

De hoc

PHILIP. MELANTH.

De hominis viribus ac libero arbitrio.  
De peccato & de poenitentia peccati.

Delege.

De discrimine praeceptorum & consili-  
orum.

De promissionibus.

De Euangelio & beneficiis Christi.

De discrimine legis & Euangeli.

De iustificatione, de gratia, & donatio-  
ne Spiritus sancti, & vitae aeternae.

De fide.

De bonis operibus, & meritis honorum  
operum.

De discrimine peccati venialis & mor-  
talis.

De praedestinatione.

De discrimine veteris & noui Testa-  
menti.

De spiritu & litera.

De libertate Christiana.

De sacramentis, & de numero sacra-  
mentorum.

De Baptismo,

De Baptismo infantium.

De Coena Domini.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

- De sacrificio.  
De Pœnitentia.  
De peccato in Spiritum sanctum.  
De confessione peccatorum.  
De satisfactione.  
De potestate Ecclesiastica, seu de clavis.  
De Ecclesia.  
De traditionibus humanis.  
De scandalo.  
Quod Regnum Christi sit spirituale.  
De resurrectione mortuorum.  
De cruce toleranda, seu de afflictionibus.  
De preicatione.  
De Magistratis ciuilibus & dignitate rerum politicarum.

DE DEO.

**A**PTISSIMVM huic loco exordium pres-  
abet admonitio Christi, in qua cum Philip-  
pus interrogans de questione omnium maxima-  
& grauiſſima, hoc est, de natura Dei, diceret,  
Dominc, ostende nobis patrem, Christus reuocat  
cum ab

## DE DEO.

eum ab inquisitione arcane naturae, & monet  
quomodo querendus & agnoscendus sit Deus.  
Ait enim. Qui uidet me, uidet & patrem. An no  
credis, quod ego in patre sum, & pater in me est.  
Magnos tumultus in animis hominum cident spe=  
culationes de Deo, cum sine uerbo Dei & signis  
a Deo propositis disputant de natura & uolun=  
tate Dei, Et si enim sunt uestigia quedam diuini=  
tatis impressa rerum naturae, tamen tanta est ins=  
firmitas humanarum mentium, ut non satis affi=  
ciatur illis uestigiis, cumq; uident bonis male esse,  
& malis bene esse, dubitant an Deus curet res  
humanas, an uero omnia casu cueniant. Prete=  
re illa uoluntas Dei, cuius cognitio ad salutem  
necessaria est, nullo modo potest ratione depre  
hendi, uidelicet, quod Deus uelit remittere pecca  
ta. Hęc enim sententia, hęc uoluntas tantum di=  
uina uoce reuelata est in promissionibus & Evan  
geliis.

Itaq; ut mentes humanae possent aliquo mo=  
do Deum apprehendere, & uoluntatem cernere,  
Deus semper proposuit aliquod uerbum, & ali=  
quod signum, ad quae referrent se mentes huma= B 7  
ne & per uerbum ac signum apprehenderent  
Deum. Ita in primo precepto. Ego sum Deus,  
qui

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

qui eduxi te de terra Aegypti. Nouum & meo  
morable factum proponit, ut sciant, quem Deum  
invocare & colere debeant, uidelicet, hunc qui  
Israelitas eduxit ex Aegypto & hoc uerbum eis  
tradidit. Ac facta quidem omnia, & signa omnia,  
testimonia ac typi erant uenturi Christi. Nobis igit  
tur iam hic ipse Christus natus, passus, crucifixus,  
mortuus, resuscitatus, proponitur. In hunc Chris  
tum & uerbum eius, intueri fide debemus, quo  
tis animi incipiunt dubitare ac disputare, que  
sit uel natura Dei, uel uoluntas. Nam si mentes  
hominum abduci se ab hoc scopo sinent, et conabun  
tur sine uerbo Dei, cogitationibus humanis mei  
ri & comprehendere diuinam naturam, incident  
in horrendas tenebras. Deinde de uoluntate Dic  
tis loquitur ipsa, non posse homines sine Euange  
lio, tantum iudicio rationis cognoscere miseri  
cordiam Dei, hoc est, statuere, quod Deus uelit  
ignoscere. Itaque hunc aditum nobis ad agnitionem  
Dei proponit Euangelium, de quo loquitur  
Paulus, cum ait. Cum mundus Deum in sapientia  
non agnosceret per sapientiam, placuit Deo per  
stultam prædicationem saluos facere credentes.  
Iubet enim non scrutari naturam, sed agnoscere  
uoluntatem in Christo propositam, qua agnita,  
tum uero

## DE DEO.

tum uero & præsentia Dei, bonitas ac efficacia  
in nobis cernitur. Atq; hæc noticia, non debet  
esse ociosa speculatio, sed cū perterrefactæ men-  
tes agnoscunt peccata, ac eriguntur iterum uoce  
Euangelij & reiiciunt se in Christum, & mis-  
ericordiam apprehendunt, ibi cum consolationem  
concipiunt, cernitur Dei præsentia ac bonitas.  
Hæc methodus non progreditur a priore, hoc est,  
ab arcana Dei natura, ad cognitionem uolunta-  
tis, sed a cognitione Christi & misericordiæ re-  
uelatæ in Euangeliō, ad cognitionem presentiæ  
Dei. Hanc noticiam exercere & confirmare in  
omni uita, in omnibus periculis, in omnibus ne-  
gocijs, & excitare animum ad timorem, fidem,  
invocationem multo rectius & melius est, quam  
ociosas speculationes agitare, & rixari de scho-  
lasticis argutijis, que tamen non explicant arca-  
nam naturam Dei. Et quia pleraq; sunt inextric-  
abiles, haud dubie multorum conscientias euer-  
terunt, non erudierunt. Quare modum esse ha-  
rum disputationum magnopere prodest.

Et tamen ut ueri cultus Dei retineantur, necesse  
est tenere sententias diuinitus reuelatas de unitate  
diuinæ Essentiæ, de Omnipotentia, de Christi na-  
turis,

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

euris, de Spiritu sancto. Ac de his quidem non  
instituam longas disputationes, sed recitabo Ec-  
clesiae Christianae sententiam, & ut conscientia  
piorum habeant in promptu testimonia, collis-  
gam locos aptos ex Propheticis & Apostolis-  
cis scripturis, qui simul & confirmant fidem, &  
admoncent nos de illa practica noticia. Semper  
enim meminerit pius lector, non esse resistendum  
in ociosis speculationibus, ac ne prodest quidem  
in eis commorari. Sed statim referenda mens est  
ad Christum, & ad cognitionem misericordie,  
ut exerceamus fidem & inuocationem. Ibi claz-  
zius innotescet Deus, quemadmodum iubet Chris-  
tus, ut se intucamur cum patrem querimus, sit  
enim. Qui uidet me, uidet Patrem. Item, Nemo  
uenit ad Patrem, nisi per me. Et Matih. ii. Ne-  
mo nouit filium nisi Pater. Neq; Patrem quis-  
quam nouit nisi filius, Et cui uoluerit filius reuca-  
lare.

Quod unus sit Deus.

D ESCRIPTIONES Dci pa&sim extant in  
scripturis, quæ collectæ definitionem ea-  
ficiunt. Testatur enim scriptura Dcum esse sub-  
stantiam

## QVOD SIT VNVS DEVS:

Potentiam spiritualem. Sic Christus inquit, Deus est spiritus, tribuit ei aeternitatem, infinitam potentiam, infinitam sapientiam, infinitam beatitudinem, infinitam iusticiam, infinitam misericordiam. Porro substantia intelligatur hic non quia sustentat accidentia, nam in Deo nihil est caducum. Substantia significat hic propriissime deus, & per se subsistens. Sapientia, bonitas, misericordia, iusticia non sunt accidentia in Deo, sed sicut potentiam non diuellimus a substantia, sic nec sapientiam nec bonitatem a substantia separamus. Nam potentia ipsa est Sapientia, bonitas, & similes uires, ut ita dicam.

Nunc queremus testimonia de unitate Dei.  
Deut. 6. Audi Israël Dominus Deus tuus, Dominus unus est.

Esaias. 44. Hæc dicit Dominus Rex Israël & redemptor eius, Dominus exercituum. Ego sum primus & nouissimus, & præter me non est Deus.

Esaias 45. Ego sum Deus & non est ullus præterea, præter me non est Deus. Ego Deus & non est aliud, formans lucem & creans tenebras. Item, non est aliud Deus præter me, Deus iustus

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

iustus & saluans non est præter me. Conuertere  
mini ad me et salvi eritis omnes fines terræ, quia  
ego sum Deus & non est aliud.

1. Corinth. 8. Scimus quod nihil est idolum  
in mundo, & quod nullus est aliud Deus nisi unus.  
Nam eis sunt qui dicuntur Di, sive in celo sive  
in terra, Sicuti sunt Di multi, & domini multi,  
nobis tamen unus est Deus Pater, ex quo omnia et  
nos in illo. Et unus Dominus Iesus Christus, per  
quem omnia, & nos per eum.

Ephc. 4. Unus Deus & Pater omnium, qui  
super omnes & per omnia.

Hunc articulum, ut alios omittam Mani-  
cheus oppugnat. Quia non videbatur ei con-  
sentaneum, cundem esse autorem & conditorem  
bonorum & malorum. Ideo fixit duo principia  
pariter coetera, hoc est, duos Deos, alterum  
bonum, autorem bonorum, alterum malum auto-  
rem malorum. Aduersus hanc impietatem tenere  
oportet sententias de unitate Dei. Quid autem  
respondendum sit de origine mali, dicemus infra  
de creatione. Excogitaerunt & Valentiniiani  
prodigiosam multitudinem dcorum quæ facile pos-  
test refutari.

De tribus

## De tribus personis diuinitatis.

**S**CRIPTVRA docet unum esse Deum, & tamen tribus personis tribuit diuinam essentiam. Statuendū est igitur, Vnam tantū diuinam essentiam esse, et has personas eandem essentiam habere, & ut uerbo synodi utar, οὐούσιον esse. in hoc effete, quod  
prosternit, per se, non  
est, ut dicitur, οὐούσιον Vocant autem Ecclesiastici Patres personam in hac disputatione, non quod alias in Latina lingua aut in theatris significat certi habitus, seu officij distinctionem, Ut cum dicimus Roscium sustinere alias personā Aiacis, alias personam Ulyssis, alias personam regis, alias serui. Sed uocabulum personæ in his Ecclesiasticis disputationibus usurpatur pro substantia individua, intelligente.

Nazarenus scribit latinos dixisse personam pro Hypostasi, cum non haberent aliud nomen commodius, et si graci etiam postea ωφόσωπα, maluerunt dicere quam Hypostases. Sunt itaq;  
tres personæ diuinitatis, immense, coæternæ,  
οὐούσιοι. Pater, Filius & Spiritus Sanctus.  
Filius uocatur à Iohanne uerbum, λόγος. In  
Epistola ad Ebros filius uocatur character sub-  
stantiae patris. Et quod loquatur de natura diuina  
filii hinc intelligi potest, quia dicit per filium  
omnia

*collo i. imago dicitur*

## LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

omnia condita esse. In Colossensibus uocatur  
εικὼν τοῦ θεοῦ. Imago Dei patris. Hinc sumi  
potest interpretatio, quare filius uocetur uer-  
bum. Pater intelligens sese, gignit cogitationem  
quandam quae est ipsius imago. Sicut et nostra  
cogitationes sunt rerum imagines. Sed nos non  
transfundimus essentiam in imagines illas. Pater  
autem Deus transfundit essentiam suam in illam  
imaginem. Hæc cogitatio est imago et  
πατρὸς μονού patris, et uocatur uerbum. Ideo  
filium Iohannes nominat λόγον.

Tertia persona uocatur Spiritus Sanctus  
hic in Iohanne dicitur procedere a patre et filio  
non nasci. Et haec appellations quæ discrimina  
personarum indicant, discrete obseruande et retin-  
nende sunt. Nomen Spiritus indicat non nihil  
quo modo haec persona discernatur ab aliis. Nam  
vocabulum spiritus, alias significat agitationem  
seu uim agitantem.

Cum autem paulo post in testimonii sepe si-  
at mentio Christi, hic addendum duxi de discrimi-  
natione personarum. Filius destinato tempore assump-  
tit humanam naturam ex uirgine Maria. Et igitur  
Christus filius ille, una persona, constans ex duas

## DE TRIBVS PERSONIS.

bus naturis diuina et humana. Pater nō assūpsit  
humānam naturam, Nec Spiritus sanctus assū-  
psit humānā naturam, sed est agitator, quo fouet  
diuinitas, & uiuiscat, sicut describitur in ipso  
initio a Moīsc. Libet enim hunc locū eō addere,  
quia pīj & docti semper cum huc accommodarunt,  
ut aliquo modo describerent personas, & earum  
discrimina indicarent.

Dixit Dēus. Hic sit mentio uerbi, quod Dēus  
ante creaturas dixerit, seu decreuerit aliquid  
cogitando. Et in ea cogitatione resplendet imago  
Patris, quae est Filius. Deinde de Spiritu sancto.  
Spiritus Dei cerebatur super aquas. Id Iudæi de-  
torquent ad uentum corporalem. Quanquam  
autem locus est subobscurus, tamen teste signifi-  
cat se loqui de diuina quadam uī fouente & con-  
scrante aquas, pr̄esertim cum nominatim ad-  
dat, Spiritus Dēi. Ideoq; homines pīj intelligunt  
hunc locum de Spiritu sancto. Et hinc sumpse-  
runt has descriptiones, quod Pater per Verbum  
trect res, Et quod Diuinitas foueat, agitet, uiui-  
fiet, Spiritu sancto.

## TESTIMONIA.

C

Matthei

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Matthæi ultimo. Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Hic nominatim tres personas recenset, & tribuit eis partem potentiam et honorem. Certum est enim baptisatum esse quoddam de Deo testimonium, in quo Deus significat se nobis ignoscere, & nos recipere in gratiam. Ac uicissim nos confitemur, quod hic sit Deus quem baptismus praedicit esse Deum, hunc inuocandum esse, & ab hoc expectandam esse salutem. Cum igitur dicitur in nomine Patris, confitemur, quod Pater ille sit Deus, qui iam nobis ignouerit, qui nos receperit in gratiam, qui sit inuocandus, qui sit omnipotens, qui possit & uelit nobis dare uitam eternam. Ac baptizati confidere debemus haec praestare Patrem & hac fiducia cum inuocare.

Hæc est sententia uerborum baptismi. Cum igitur uerba illa profiteantur Patrem esse Deum, esse omnipotentem, esse inuocandum, & Christum ad huius honoris societatem addat Filium, & Spiritum sanctum, testatur potentiam parem esse. Cumque pars sit potentia, significat eos omnes inueniendos esse. Deinde constat Patrem & filium Christum personas distinctas esse. Quare & nomine Spiritus

## DE TRIBVS PERSONIS.

Spiritus sancti, persona distincta significatur.  
Nam si spiritus significaret tantum ipsum Patrem  
agitantem, aut mouentem res, bis nominasset Pa-  
trem, essetq; ociosa ταυτολογία. Et in hanc  
sententiam Basilius prudenter & grauiter ratio-  
cinatur ex hoc dicto Christi, Patrem & Filium,  
& spiritum sanctum διμονσίους esse. δέ γε οὐ  
hūς βαπτίζεις μεν, ὁς παρελάθεο μεν,  
πιστεύεις βαπτίζομενα, δοξάζεις δέ ως  
τεωτισευκαρπον, πατέρον, κούνιον, οὐδὲν  
τενύμα.

Sed quia pañim sparsæ sunt in scriptura  
probationes quarum aliæ de filio tantū loquuntur,  
aliæ de spiritu sancto. Colligenda erunt primo te-  
stimonia de filio. Est autem præcipua probatio  
in primo capite Iohannis, quem quidem serunt  
hac occasione coactum scripsisse suum Euangeli-  
um, quod Ebion, & deinde Cerinthus sparsissent  
Iudaicam opinionem, & detraxissent Christo di-  
uinam naturam, ac finxissent eum tantum habere  
naturam humanam. Sed priusquam ad Iohan-  
nem accedo, ponam duas rationes sumptas ex  
scriptura, que meo iudicio utiliter & docent &  
consolantur pios.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Prima est, necesse est fateri, Christū esse naturalem filium Dei, quia scriptura discernit filios adoptionis a filio Christo, iohannes enim uocat Christum, unigenitum filium, iohan. I. Gloriam tanquam unigeniti. Porro cū haud dubie sit natura filius, necesse est in eo aliquid esse diuinae naturae substantialiter. Quicquid autem est extra personam Patris, quod tamen est aliquid diuinae naturae, id necesse est personam esse.

Secunda ratio. Tota scriptura magno consensu præcipit Christum adorare, inuocare. Iubet in eum confidere, ergo tribuit ei potentiam infinitam et diuinam, quod ubiq; adsit, corda insuffiat, exaudiat, quod iustificet, quod saluet. Necesse est igitur in Christo esse diuinam naturam. Exstant autem clara testimonia de inuocando Christo, de fiducia in Christum. Math. II. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati esitis & ego reficiam uos iohan. 5. Qui credit in filium, habet uitam æternā. Esai. 11. In die illa radix regis stabit in signum populis. Gentes ipsum deprescuntur. Psalm. 45. Et concupiscet Rex decoratum, quoniam ipse est Deus tuus, & adorabunt eum. Psalm. 72. Et timebunt cum, donec erunt sol &

## DE TRIBVS PERSONIS.

Sol & Luna. Item deprecabuntur coram ipso  
sempre.

In his & similibus testimonijs clare dicitur  
de perpetuo regno Christi, quod perpetuo sit in-  
nocandus, perpetuo sit adorandus. Ergo non po-  
test intelligi hæc adoratio de externa significati-  
one honoris, quæ presenti, uelut regi, tenenti re-  
gnum corporale uel ciuile exhibetur. Sed refe-  
rendæ sunt hæc sentencie ad Regnum Christi re-  
gnantis in potentia Dei. Sicut Psalm. 110. dicit.  
Sede a dextris meis. Et quia testatur Christum  
inuocandum esse, manifeste tribuit ei potentiam  
diuinam. Quare his rationibus sustentemus nos,  
quæ simul & docent qualis honos Christo compe-  
tat, & nos consolantur, & monstrant beneficia  
Christi. Inuocatio tribuit Christo omnipotenti-  
am. Ideo hæc ratio tenenda est in conspectu, &  
constanter opponenda calumnijs, quæ detrahunt  
Christo diuinam naturam.

Nunc ad Iohannis sententiam accedamus.  
Iohannes testatur primum ἀόγον αeternum esse  
cum ait. In principio erat verbum. Si enim fuit  
initio ἀόγος ante conditionem omnium creatu-  
rarum, ergo ἀόγος non est creatura, sed est co-

C iij      aeternus

LOCI COMMV. PHILI. MELANTH.

eternus Patri. Addidit ετ λόγος erat apud Deum, hic discernit personas Patrem Deum & λόγον. Cum ait λόγον fuisse apud Deum, sed hoc discrimen postea clarius ostendens. Deinde addit ετ Deus erat uerbū. Hic manifeste testatur λόγον esse Deum. Et articulus græcus docet quomodo hæc particula construi debeat. Nam λόγος poni debet loco subiecti, Deus loco predicti, ut λόγω tribuatur definitio describens quidnam sit. Hoc modo ετ λόγος erat Deus. Nam articulus ad subiectum pertinet.

Hoc testimonium clarissimum est. Nam hæc tota narratio Iohannis proprie ad hoc instituta est ut Dei naturam describat. Quare etsi in alijs narrationibus que non de natura loquuntur, sed de humanis officijs diuinitus ordinatis, interdum metaphora est in nomine Dei, ut ego dixi Di etsis. Tamen in hac narratione Iohannis necesse est propriissime accipi uocabulum Dei. Itaq; me mincrimus hoc testimonium quod diserte pronunciat, que sit natura uerbi, scilicet, quod λόγος sit natura Deus. Et uel hæc una sententia clarissime refutat Arianos, qui cum concederent λόγοn esse personam tamen negabant naturam Deum.

## DE TRIBVS PERSONIS.

Deum esse. At postquam concedas λόγον personam esse, haec sententia, et λόγος erat Deus. Postea fateri cogit, quod λόγος sit natura Deus. Illud igitur praeципue nobis illustrandum est, quod λόγος sit persona. Nam haec est principalis controversia in hac causa.

Multæ sunt exortæ hereses contra Trinitatem. Sed quedam adco monstræ sunt, ut Valentiniana et delyrium Manicheorum, ut nihil afferant quod in speciem ullo modo sit probabile. Itaque facile iudicari et reuelli possunt. Sed Paulus Samosatensis callidissime et uaferrime contendit λόγον non esse personam. Sed sicut in homine cogitatio hominis, aut sermo, non est persona, sed quedam hominis qualitas aut motus transiens, ita cōtendit in Deo λόγο nō esse personam, sed tantum cogitationem Patris, que sit ipse Pater. Sicut dicimus mentem aut bonitatem Patris esse ipsum Patrem. Aut si sermo uocalis intelligatur, disputauit absurde pro uoce ac motu aeris aut cogitatione alijs reuelata, intelligi substantiam ac personam. Postea Iohannem ad hanc interpretationem accommodat, dicit initio suis uerbum, hoc est, cogitationem seu propositum

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Dei constituentis, quod uelit se patescere per conditionem creaturarum. Item quod uelit se res uelare in Christo, ut in eo innotescat, & per eum saluet homines. Hanc cogitationem dicit fuisse ipsum Deum. Et hac Dei cogitatione, hoc proposito dicit omnia condita esse. Sicut in Genesi scriptum est. Dixit Deus fiat lux &c. Item postea uoce omnia Deus gesit loquens ad patres Adam, Noe, Abraham, ad Prophetas edens subinde promissiones, donec tandem reuclauit se Deus in Christo. Ibi uerbum fit caro, id est, propositum illud de se reuelando in illo Christo, seu promissio de Christo iam perficitur, fit caro in qua se Deus uoluit reuelare. Et ait Iohannem ita ordiri, ut ostendat Euangelium non esse humanum inuocatum, sed perpetuum Dei propositum fuisse, hunc solum, in quo innotesceret & per quem saluaret homines exhibere mundo. Ideoq; promissiones fuisse esse, & omnes reuclationes factas esse uicent testimonia de isto futuro Christo.

Hec est Samosateni interpretatio, que quis alludit ad humanum exemplum, impiis propter concinnitatem blanditur. Hoc diligentius colligenda sunt firma testimonia, & pio studio munera

## DE TRIBVS PERSONIS.

ende sunt mentes contra hanc cauillatioem. Re-  
citemus igitur testimonia, quæ ostendunt λόγον  
personam esse, & uero significare tale quoddam  
uerbum, in quo Dei imago, persona, seu hypo-  
stasis est, quæ persona loquitur cum Patribus &  
Prophetis. Facilius est refutare Arianos. Nam si  
quis concedat λόγον esse personam id quod fa-  
tebantur Ariani, Iohannes postea clare testatur  
λόγον esse Deum. Sed utrique tum Ariani, tum  
Samosateni ita refutari possunt collectis testimo-  
nijs de Christo. Cum enim probatum est in Chri-  
sto diuinam naturam esse, necesse erit illam natu-  
ram & personam, & natura Deum esse. Scri-  
ptura testatur λόγον personam esse, quia ali-  
quoties dicit per filium omnia condita esse. Ne-  
cessere est igitur in Christo aliquam diuinam natu-  
ram esse, per quam omnia sint condita. Constat  
enim mundum non esse per humanam naturam  
Christi conditum. Iohannis 1. In mundo erat, &  
mundus per ipsum factus est. Colos. 1. Omnia per  
ipsum & in ipso condita sunt, & ipse est ante  
omnia, omnia consistunt per ipsum. Ebricos 1. Per  
& secula fecit, qui est fulgor claritatis, & effi-  
gies substantie eius, serens omnia uerbo potentias

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

suæ. Hæ sententiae clare testantur in Christo esse, & manere quandam diuinam naturam, per quam omnia condita sint. Quare λόγος non significat propositum seu cogitatiōem extra substantiam Christi, nec significat uocem transcurrentem. Sed naturam manentem in Christo, que res condidit & conseruat. Est igitur λόγος persona. Hæc testimonia nihil habent ambigui, tametsi non ignoro quomodo astuti quidam cludant ea, sed illi cum affingunt suas interpretationes, eas illuminantur & corrumpunt simplices & planas scripturæ Apostolicæ sententias. Debet autem hæc causa iudicari, non ex humanis opinionibus, sed ex diuinis testimonijis. Addam huc dictum Iosannis in Epistola. Quod erat ab initio, quod audeamus, quod uidimus, quod manus nostraræ contrectarunt, Verbum uitæ id annunciamus. Testatur hic quoq; in ipso Christo esse, & manere verbum illud quod initio fuit.

Seructus lectori fucum facit quasi probat scriptores uetusissimi senserint λόγον non esse personam, antequam induit humanam naturam. Et citat Ireneum, ac Tertullianum, sed utriq; facit iniuriam. Nam Tertullianus aduersus Præ-

## DE TRIBVS PERSONIS.

Xeam palam mouet hanc quæstionem, an ἀόγος sit natura subsistens, seu ut nunc dicimus persona. Et respondet affirmans esse personam seu ὑποστάσιαν, Et sic p̄sona dicitur. Deq; ea re multis uerbis disputat. Et sic p̄sona dicitur. Quæcumq; ergo substantia sermonis fuit, illam dico personam, & illi nomen filij vindico. Et cum filium agnosco secundum a Patre defendo &c.

Irenicus etiam aperte affirmit ἀόγος fuisse personam antequam assumpsit humanam naturam. Sic enim ait cap. 20. lib. 3. Ostendo manifeste quod in principio ἀόγος existens apud Deum per quem omnia facta sunt, qui & semper aderat humano generi, hunc nouissimis temporibus secundum præfinitum tempus a Patre unitus suo plasmati passibilem hominem factum misit.

Affirmat & Origenes τεοὶ ἀρχῶν diserte ἀόγος personam esse. Nemo putet inquit nos aliquid δυνατὸν dicere, cum Dei sapientiam nominamus. Et postea. Si ergo semel recte recessum est, unigenitum filium Dei sapientiam eius esse, substancialiter subsistentem. Idem postea affirmat, cum disputat de incarnatione.

Sed redeo ad Ioannem cum inquit, Verbum Caro.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.<sup>1</sup>

Caro factum est, Primum testatur Patrem & uerbum non esse eandem personam. Pater enim non induit humanam naturam. Sicut aperte testantur scripture multis locis. Pater enim ait de filio. Hic est Filius meus dilectus. Deinde quis uerbum sit caro, de persona loquitur non de cogitatione uel uoce transente. Certe enim cogitatio quæ Pater est ipse, aut uox transiens non sit caro. Sunt igitur in Christo duas naturas ἀόγας & humana natura sic unitæ, ut Christus sit una persona. Utuntur recentiores uerbo uniendo. Veteres etiam interdum dicunt permixtas esse. Quod si recte intelligatur significanter dicitur, & ad formam huius orationis non male quadrat. Verbum caro factum est. Origenes et si similitudinem huius coniunctionis propriam afferri posse negat, tamen comparat eam ferro ignito. Sic uerbris penetrat ferrum & undiq; ei miscetur, sic Verbum assumens humanam naturam, luet in ea tota. Et natura humana uelut accensa lumine quodam uerbo unita est. Est itaq; Christus natura filius Dei. Porro cum tenebimus Christum naturam filium Dei esse, facile poterit & hoc defendi quod in Christo sit quædam diuina natura, et quod ἀόγας sit persona.

Iohannis

## DE TRIBVS PERSONIS.

Iohannis 20. Thomas uocat Christum aperte  
Deum inquiens, Dominus meus & Deus meus.

Roma. 9. Qui est super omnia Deus benedictus, Et ne quis cauilletur accipi Deum metaphorice, addantur testimonia, quæ tribuunt Christo ea quæ sunt propria naturæ diuinæ, scilicet, Vitam reddere, sanctificare, exaudire, saluare & similia.

Iohannis 5. Sicut Pater exuiscitat mortuos & uiuiscitat, sic & filius quos uult uiuiscitat.

Item quæcunq; ille facit, hæc filius similiter facit. Hic aperte testatur se cum Patre pariter agere, creare.

Iohannis 10. Ego do uitam æternam.

Iohannis 14. Quicquid petieritis in nomine meo hoc faciam. Hic aperte testatur & se exaudire & se facere ea quæ petimus, quorum nūq; sine ulla dubitatione proprium est diuinæ & immense naturæ.

Item, ad eum ueniemus & mansionem apud eum faciemus.

Iohannis 16. Spiritus sanctus de meo accipiet, uiuiscat autem Spiritus sanctus. Quare cū de potentia Christi accipiat, necesse est Christi potentiam

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.  
potentiam diuinam esse.

Iohannis 15. Sine me nihil potestis facere.  
Haec sententia testatur adesse Christum, mouere  
& gubernare, quæ sunt Dei propria.

Matth. 15. Vbi cumq; sunt duo aut trcs con-  
gregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Item, Iohannis. 20. Dat Spiritum sanctum.  
Porro id quoq; Dei proprium est.

Iohannis 10. Ego pono animam meam &  
iterum sumam eam.

Iohannis 6. Ego suscitabo eum in nouissimo  
dic.

Et deinde, Si uideritis filium hominis ascen-  
denter ubi erat prius.

Item, 8. Priusquam Abraham natus est ego  
sum. Hic testatur se extitisse antequam indueret  
naturam humanam.

Iohannis 17. Glorifica me Pater apud te  
ea gloria quam habui ante mundum apud te.

Colos. 2. In ipso inhabitat omnis plenitudo  
diuinitatis corporaliter. Q. d. in alijs habitat  
Deus spiritualiter, hoc est, efficit nouos motus in  
eis, in Christo habitat corporaliter, hoc est, re-  
ipsa, seu substantialiter, seu ut nos loquimur na-  
turaliter, ita quod ipsa natura seu substantia  
Christi

DE TRIEVS PERSONIS.  
Christi diuina est.

Ex veteri Testamento.

Hicre. 33. Et hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus iustificator noster. Hic tribuit Christo et nomen Dei proprium et nomen iustificatoris, Ergo tribuit ei gloriā Dei, quae non comedit nisi Deo.

Mich. 5. Egressus cius ab initio ante dies mundi. Hoc testimonium etiam si est obscurum, tamen significat ante conditum mundum fuisse filium Dei, est igitur aeternus ac Deus.

Esai. 7. Vocabitur nomen eius Emanuel, id est, nobiscum Deus, Sed firmius est quod sequitur.

Cap. 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi. Iudei vocabulum El, non tantum Deo tribui contendunt. 1gitur illud urgeamus quod sequitur, Pater uitæ perpetuae. Quod si est autor uitæ perpetuae post hanc uitam, Sicut et ipse inquit. Ego do uitam aeternam, necesse est cum Deum esse.

Esai. 53. Noticia eius iustificabit multos.  
Si nosse

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

Si nosse Christum iustificat, necesse est cū Deum  
esse. Nam hæc noticia significat non solum uide-  
re uel audire præsentem, sed significat fiduciam  
& iuocationem. Sicut alias ait Esa. In eo spe-  
rabunt gentes. Ita scriptura sæpius nos practice  
docet de diuinitate Christi. Et officia eius nobis  
comendat, ut fidem in nobis excitet & de uero  
cultu nos doceat. Quia in tali usu rectius agno-  
scimus Christum, quam in ociosis speculationibus.

Psalm. 45. Et concupiscat Rex decorem  
tuum, quoniam ipse est Deus tuus. Hic regem  
ipsum Christum nominat Deum.

Psalm. 72. Et timebunt eum donec Sol &  
Luna.

Item, & adorabunt cum omnes Reges ter-  
re. Hic tribuitur Christo diuinitas, quia loqui-  
tur non de officijs que Regibus præsentibus pre-  
stantur, sed de perpetuo unius personæ regno &  
de iuocatione, quia Christus perpetuo colitur &  
met si nō uersatur nobiscum uisibiliter. Et similis  
loca multa in scripturis occurrent, que studiosus  
lector facile agnoscet.

Psalm. 109. Dixit Dominus domino meo,  
Sede a dextris meis. Inde argumentatur, Christus  
se non

## DE TRIBVS PERSONIS.

se non tantum esse filium Dauidis, sed Dominum.  
Verum totus Psalmus ibi comprehendendus est,  
postea describit Regnum Christi. Sede a dextris  
meis. Cum autem pari potestate regnet cum pa-  
tre, sequitur Christum Deum esse cum potentia  
sit infinita.

Psalm. 11. Ego hodie genui te. Hoc de solo  
Christo dicitur. Est igitur natura Dei filius.  
Quare aliquid Dei uere est in Christo.

Quod si obijcitur, naturam diuinam non  
pati, non mori, Christum autem mortuum esse,  
nugaris solutio est ex necessaria. Cum duæ na-  
ture sint in Christo, quædam propria uni naturæ  
sunt, quæ tamen non impediunt quo minus adsit  
altera natura. Propria autem sunt hæc humanae  
nature, pati, mori, & similia. Ideo & Petrus  
dixit, Christum passum esse carnem. Hinc exitit  
regula de communicatione idiomatum, usitata in  
scholis, qua sane opus est. Est autem figura ser-  
monis, qua proprietas alteri naturæ conueniens,  
tribuitur toti personæ, in concreto, ut Deus est  
homo. Christus est mortuus. Irenæus sic inquit,  
Christum passum esse requiescente uerbo, ut cru-  
cifixi ac mori posset, id mihi aptissime dici uide-

D                    tur, &

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

tur, & significanter describit humiliationem filii  
Dei, de qua Paulus loquitur ad Philippenses, ubi  
dit. Exinaniuit scipsum, hoc est, non est usus sua  
potentia, suis donis, sua gloria, non exeruit suas  
uires in passione. Itaque alicubi mihi usum uidetur  
habere & haec responso. Quod quedam dicta  
loquuntur proprie de humiliato Christo, ut corporis  
tædere & pauere. Item, Deus quare dereliqui  
me. Tencendæ sunt enim haec sententiæ, quod si  
lius Dei sit redemptor, sit humiliatus.

Est & illa responso magnopere necessaria,  
quod quedam dicta discernant officia, in  
Pater maior me est. Hie non de natura, sed de  
officio suo concionatur Christus. Iudei accusabant  
Christum, quod doceret contra autoritatem Patris.  
Hic necesse fuit Christo allegare autoritatem Patris,  
Idco testatur se missum esse a Patre, se accepisse  
amittente autoritatem. In hanc sententiam in-  
quit. Pater maior me est. Id est, Ego sum missus  
a Patre, accepi autoritatem a Patre. Ita loquitur  
non de natura, sed de officio. Haec satis sit de in-  
terpretatione dissimilium sententiarum monuisse.  
Volens n. omitto hic multas scholasticas dispu-  
tationes.

## DE TRIBVS PERSONIS.

tationes. Reuerenter enim de illa arcana & ad miranda filij Dei humiliatione sentiendum & loquendum est, quæ quidem ex prophanis disputationibus nec intelligi, nec iudicari potest, sed ex afflictiones & potentiam Christi ita agnoscemus, cum & ipsius ærumnarum socij erimus, & fiducia ipsius rursus erigemur, & consolationem cōcipiemus. Admonui autem supra, in conspectu habenda esse hæc duo argumenta, quod scriptura discernat Christum a filijs adoptatis, & doceat Christum natura filium Dei esse. Item, quod cum scriptura præcipit inuocari Christum, confidere ei, tribuat ipsi omnipotentiam. Hæc duo argumenta & perspicue testantur in Christo naturam diuinam esse, & prouent ad inuocationem, et uera fidei exercitia, quæ ueros honores Christi, & ueros cultus continent.

## De Spiritu sancto.

**N**omen spiritus in genere significat agitationem, aut naturam, seu uim agitantem. Varie autem in scriptura usurpatur. Alias significat uentos, alias uitam, sepe motus aut impetus hominum, creatos tum bonos tum malos. Hic significat spiritum.

D ij

cat sp̄

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

eat spiritualem naturā, Deus est spiritus. Estq; hoc  
loco nomen cōune Patri & alijs personis. Quare  
delectus adhibendus est in testimonij colligendis,  
ac prudenter iudicandū, ubi proprie loquatur  
Scriptura de Spiritu sancto, quem prædicat Euā  
gelium dari per Christum, ut uiuificet ac sanctifi-  
ficit, & quem Ecclesia agnoscit personam esse  
diuinam uiuificantem & sanctificantem. Idq;  
probandum est, Spiritum sanctum personam esse.  
Nam mulii extiterunt in Ecclesia uafri hominū  
qui contendērunt Spiritum sanctum non esse per-  
sonam, sed significare tantum agitationem creatu-  
tam in hominibus, aut certe significare propri-  
tatem Patrem potentem seu agitantem sive alia  
persona. Sed Christus discernit personas cum aliis  
Baptizantes in nomine Patris, & Filii, & Spir-  
itus sancti. Si enim Spiritus sanctus esset ipse Pa-  
ter, otiose repeiceret Patrem. Item, baptizari in  
nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, est fati-  
ri quod Pater & Filius & Spiritus sanctus, sal-  
uent, exaudiant &c. Itaq; cum par honos tribu-  
atur Patri, Filio & Spiritui sancto. sequitur &  
Spiritum sanctum hic intelligi Dcūm & non agi-  
tationem creatam, sed personam saluantem, sicut  
& Pater & Filius saluant.

LXXX

## DE TRIBVS PERSONIS.

Lucæ tertio discernuntur personæ satis per-  
spicue. Pater inquit, Hic est Filius meus dilectus.  
Est igitur alia persona Patris, alia Filii. Descen-  
dit autem Spiritus sanctus in specie columbæ. iam  
si Spiritus sanctus esset agitatio in animis creatæ,  
non appareret peculiariter specie corporali. Aut si  
esset ipse Pater, non discerneret Spiritum sanctum.  
Inquit autem, super quem uideris Spiritum san-  
ctum &c. Et constat filium dici Patris, non au-  
tem sancti Spiritus. Imo Christus ait, de meo ac-  
cipiet. Item, a Patre discernitur. Rogabo Pa-  
trem, & alium paracletum dabit uobis. Et is in  
Pentecoste apparet peculiariter specie linguarum.  
Meo iudicio, magna uis est huius argumenti. Cer-  
te enim fateri pios necesse est, quod in illa ipsa  
columbæ aut linguarum specie uere fuerit Spir-  
itus sanctus. Et quod haec neq; Patris, neq; Filii  
persona fuerit. Est igitur tertia persona Spiritus  
sanctus, procedens ex Patre & Filio.

Iohan. 14. Rogabo Patrem, & alium pa-  
racletum dabit uobis. Et paulo post. Paracletus  
spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine  
meo, ille uos docebit omnia. Si Spiritus sanctus  
significaret creatam agitationem, esset ipsa de-

Dij Arina,

*Solatores adorantes*

## LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Arina. Hic autem Christus uocat cum doctorem, docbit inquit, uocat et τωράντος. Item inquit. Quae audiet loquuntur. Haec proprie compent personæ. Et quod ait, alium paracletum, discernit Spiritum sanctum a Patre. Quare spiritus sanctus non significat ipsum Patrem agitatem et mouentem, ut Samosatenus contendit, sed aliam personam.

1. Corinth. 12. Omnia haec efficit unus et idem Spiritus. Hic discernit Spiritum sanctum auctorem ab effectibus, uidelicet, a donis creatis et motibus spiritualibus.

Placet mihi et hoc testimonium, Actorum.  
2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Quod enim inquit, effundam, testatur cum spiritu, qui sanctificat, exuscitat pios, non esse ipsam personam Patris, Et tamen quod ait, de meo spiritu, significat illum spiritum qui est efficax in pios, diuinam naturam esse.

I. Ioannis 5. Tres sunt, qui testimonium perhibent in cœlo. Pater, Verbum, et Spiritus sanctus, et hi tres unum sunt.

Quod autem Spiritus sanctus et a Patre et a Fili

## DE TRIBVS PERSONIS.

¶ a Filio procedat, docet hic locus Ioannis 15.  
Cum uenerit Paracletus, quem ego mittam uobis,  
¶ Patre spiritum ueritatis, qui a Patre procedit.  
Confirmat eum & a se mitti, & a Patre proce-  
dere. Discernitur igitur a Patre & Filio.

Quod Spiritus sanctus extiterit antequam  
carnem induit Filius Dei, perspicue testatur Pe-  
trus, cum inquit de Prophetis, Spiritus Christi in  
eis prædicens Christum passurum esse. Hic diser-  
te uocatur Christi Spiritus, qui fuit in Prophetis.  
Eodem igitur Spiritu sancto & Patres, & Apo-  
stoli, & p[ro]p[ter]e deinceps sanctificati sunt.

Sicut autem scriptura docet nos de filij di-  
uinitate, non tantum speculatiue, sed practice,  
hoc est, iubet ut Christum inuocemus, ut confida-  
mus Christo. Sic enim uere tribuerit ei honos di-  
uinitatis. Ita uult nos Spiritus sancti diuinitatem  
in ipsa consolatione & uiuificatione cognoscere.  
Iubet ut petamus cum nobis dari, ut per eum san-  
tificemur, erigamur, uiuificemur. Et sic inquit  
Christus, Dabit spiritum sanctum potentibus eum.  
Sic igitur spiritu sanctu uero honore afficiemus  
eum dari cum nobis, ut παράκλητος, doctorum,

D iiiij      gubern

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

gubernatorem, & sanctificatorem orabimus. Ita  
uerem agnoscemus eum, cum hoc modo expectemus,  
& nos uerbo per quod est officia Spiritus sanctus  
erigemus & consolabimur. Sic docet nos sententia  
symboli. Credo in Spiritum sanctum, hoc est,  
Credo Spiritui sancto, qui in Ecclesia testimonium  
perhibet Euangilio, Credo cum efficacem esse  
per uerbū, docentem & uiuificantem credentes.  
Hoc spiritu doceri, & gubernari nos oro. Sic &  
Paulus ait, Spiritus dat testimonium spiritui no-  
stro, in quo clamamus Abba Pater. id est, Spir-  
itus sanctus erigit & consolatur nos & efficit,  
ut agnoscamus misericordiam & praesentiam Dei.  
Hec officia Spiritus sancti prodest considerare,  
que & consolationem nobis afferunt, & in ipso  
usu diuinitatem monstrant.

Collegi testimonia de Filio & de Spiritu satis  
cto. Et quanquam plura sunt et illustriora de Fi-  
lio, tamen & haec satis perspicua sunt de Spiritu  
sancto. Est autem piae mentis pondera & uincere  
testimoniorum considerare, non solum numerum.  
Meminerimus dicta scripture, diuina esse oracio-  
la, quare eis assentiamur, non depravemus casu-  
tillationibus. Illud etiam monendi sunt imperiti  
ne plures

## DE TRIBVS PERSONIS.

ne plures personas diuinitatis, quam tres, numerant. Nam Valentiniani, postquam uiderunt Patrem, Filium, & Spiritum sanctum discerni, postea finixerunt ingenitam multitudinem deorum, collectis innumeris uocabulis, quæ Deo tribuantur. Sicut Hesiodus fecit Chaos, noctem, Erebus, & similes. Ita Valentinus distraxit hæc, eternitatem, mentem, uerum, bonum, potentiam, sapientiam, iusticiam, & alia multa. Aut igitur sensit Valentinus nominibus tantum differre Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, non personis, ut Iudaico more retineret unam personam. Aut sibi quoque finxit innumerabiles personas. Hæc deliramenta execrari omnes debent. Et sciant propriij, appellationes potentie, ac uirtutum ut iustitiae, misericordie omnibus personis pariter communes esse, nec distinctas res esse ab ipsa Substantia diuinitatis. Potentia Dei est ipsa Substantia Dei, sic de iusticia, misericordia, & similibus uiribus sentiendum est. Tantum igitur tres personas diuinitatis prædicat Ecclesia. Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. Et hos officijs proponeat nobis discernendos. Magis officia nos intueri uult, quam disputare de natura. Cum baptisum nostrum consideramus, cum in symbolo re-

D P

censemus,

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

censemus, Patrem, Filium, & spiritum sanctum  
meminerimus nobis proponi filium redemptorem  
& mediatorem, per quem ad Patrem accedimus,  
meminerimus & proponi spiritum sanctum, quo  
sanctificantur & gubernantur p̄ij. Proponamus  
nobis & scripturas, quae iubent inuocari filium  
ac docent cum natura filium esse. Item, quae iu-  
bent expeti & adorari spiritum sanctum, tanquam  
doctorem & gubernatorem. In hac inuocatione,  
in his exercitijs fidei melius agnoscemus trinita-  
tem, quam in ociosis speculationibus, quae diffi-  
tant quid personae inter se agant, non quid nobis  
scum agant.

De creatione.

DEVS condidit omnes Angelos & omnes  
corporales naturas ex nihilo, id uocant  
creationem, & est descripta creatio cum in Ge-  
nesi, tum saepe alias. Psalm. 32. Verbo Domini  
ceeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uer-  
tus eorum, Et deinde, ipse dixit & facta sunt  
Ipse mandauit & creata sunt. Vbi significatur  
ex nihilo conditas esse per uerbum Dei. Quid. n.  
Deo iubente res extiterunt seu ortae sunt, Ergo  
non sunt

## DE CREATIONE.

non sunt ortae ex aliqua praecedente materia. Ideo & Iohann. inquit, Omnia per ipsum facta sunt, Ergo necesse est ex nihilo conditas res esse. Illud autem in hoc articulo monere necesse est, quod creatio sic intelligi debeat, quod Deus non discesserit a suo opificio, sicut faber discedit a domo facta, aut fabricata nave. Sed Deus perpetuo sustentat & conseruat naturas rerum. Hic intellectus creationis est necessarius & proprius pionum. Itaque in articulo de creatione semper intelligatur, perpetua conseruatio & sustentatio rerum. Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorum cœli & terræ. Hic intellige non solum conditionem sed perpetuam gubernationem & conseruationem. Quotannis fœcundat terram, procreat fruges ex terra, perpetuo suppeditat animantibus uitam & motum, Et hec rerum conservatio uocatur actio Dei generalis.

De hoc articulo ualde prodest habere testimonia ad fidem exercendam in inuocatione. Actum 17. In ipso uiuimus mouemur & sumus. Ebreos 1. Ferens omnia uerbo potentiae suæ. Colossen 1. Omnia in eo consistunt. 1. Timoth. 5. Vocat Deum uiuificantem omnia. Item speramus in Deo

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

in Deo uiuo, qui est Saluator omnium hominum,  
maxime fidelium. Item, In Deo uiuente, qui pre-  
bet nobis abunde omnia ad fruendum. Matth. 10.  
Duo passeres asse ueneunt, & unus ex illis non  
cadet super terram sine patre uestro, Vestrī autē  
capilli capitis omnes numerati sunt. Psalm. 101.  
Omnia a te expectant, ut des eis escam in tempo-  
re suo. Dante te illis, colligent. Aperiente te ma-  
num tuam omnia implebuntur bonitate. Auer-  
tente te faciem turbabūtur, Auferes spiritum eo-  
rum & deficient & in puluerem suum reuerten-  
tur. Emitte spiritum tuum et creabuntur, & re-  
nouabis faciem terræ. Psalm. 99. Scitote quod  
Dominus ipse est Deus, Ipse fecit nos & non ipse  
nos. Nos autē populus eius et oves pascue eius, id  
est, non nascimur, non uiuimus casu aut tantum  
nostris uirib. sed Deo uiuificantे & conseruante.  
Psal. 32. De cœlo respexit Dominus, uidit omnes  
filios hominum, singit signatim corda eorum, in-  
telligit omnia opera eorum. Psalm. 145. Qui  
operit cœlum nubibus, & parat terræ pluianam.  
Qui producit in montibus foenum & herbam,  
seruituti hominū. Qui dat iumentis escam ipso-  
rum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Psal.  
35. Homines & iumenta saluabis Domine.

Postremo

## DE CREATIONE.

Postremo docet hoc ipsum oratio Dominica,  
in qua iubemur petere a Deo panem quotidianū,  
Confitemur igitur Deum suppeditare uictum, res  
non sustentari, naturam non esse fœcundam nisi  
adiuuante Deo. Et idem confitentur omnes sen-  
tentie, quæ docent nos a Deo ali ac defendi. Ut  
lastra ad Dominum curam tuam, & ipse te enu-  
triet. Et hæc præsentia Dei in rebus seu conser-  
vatio rerum non cernitur ratione, sed fide cerni  
debet. Atq[ue] ita nos scriptura docet, non solum de  
conditione rerum, sed de perpetua conserua-  
tione. Neque intelligitur recte creatio, nisi etiam  
credamus perpetuo res sustentari & conseruari,  
suppeditari motum & uitam rebus a Dco. Et  
hec fides est uerus intellectus creationis, quæ  
prodest etiam in invocatione. Quomodo enim  
potest humanus animus petere a Deo uictum, ui-  
tam, vires, defensionem &c. nisi statuat Deum  
præsentem adesse gubernare, alere, & conser-  
vare naturam.

Posteaquam autem mens confirmata est  
uera & recta sententia de Deo, de creatione, ex  
ipso verbo Dei, tunc & utile & iucundum est,  
etiam querere uestigia Dei in natura, & ratioes  
colligere,

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

colligere, quæ testantur esse Deum. Certe enim  
ideo natura tota rerū condita est, ut Deum mon-  
strat. Multæ manifeste demonstrationes colligi-  
possunt, quæ testantur mundum non extitisse casu,  
non ferri casu, sed regi omnia mente aliqua  
immensa & æterna. Ideo & Paulus ad Rom.  
inquit. Diuinitatem in natura conspici, Et ita  
Actis multo significantius inquit, adeo prope ad  
esse Deum, pene ut manibus contrectari possit.  
Voluit haud dubie Paulus insigni uerbo uti, ut  
excitaret nos ad hanc Philosophiam. Addit enim  
indicia diuinitatis ideo proposita esse, ut Dei  
præsentiam discamus in natura considerare. To-  
ta igitur rerum uniuersitas existimetur esse sa-  
cramentum quoddam, uidelicet, quia sit testimoni-  
um, quod sit Deus, quod sit sapiens, bonus, ius-  
tus. Leges motuum cœlestium, tam multipli-  
& tam certæ, consensus superiorum & inferio-  
rum corporum, uices temporum, singularium re-  
rum naturæ ad certos fines atq; usus destinata,  
conseruatio certarum spicerum, nōne satis clas-  
re clamitant hanc rerum naturam non existere  
casu, sed certo consilio conditam esse & conser-  
uari. Sed expressissimum uestigium Dei est mens  
hominis, & notitiæ menti impressæ honesti, iusti,

& cons-

## DE CREATIONE.

conscientiae terrores. Necesse est enim alias mentem esse a qua hominū mentes et ille notitia sunt. Et cum humana mens teneat discrimina iusticie et iniusticie, necesse est et in illa eterna mente sapientiam et iusticiam esse. Sunt igitur humanae mentes imagines quædam diuinatatis, aut, ut ita dicam specula in quibus contemplari diuinitatem debemus. Indicat præsentiam Dei et Politica societas generis humani. Palam videmus imperia non posse, nisi diuina ope constitui ac retincri. Videmus homicidas et Tyrannos diuinitus ad pœnam rapi. Ad hoc lucet in ipsis mentib. noticia legis de Deo, quod sit Deus, quod sit iustus. Hæc noticia esset clarissima, si natura hominis non haberet morbum originis. Is nō quidem lucem illam diuinam in animis nostris prorsus extinxit, manet enim aliqua noticia legis naturæ, sed tamen caliginem quandam effudit animis morbus originis. Nunc pijs danda est opera, Primum ut uerbo Dei iterum accendant illam noticiam, deinde etiā reddant illustriorem, exhibitis signis quæ sunt impressa naturæ. Ingens barbaries est, nolle tantum in natura lumen aspirare. Ad hæc cum Deus ipse inuitet nos ad hanc Philosophiam, profecto non est negligenda, præ-

serimus

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

sertim cum plurimum conducat ad disciplinam  
& profit moribus. Exuscitat enim & confirmat  
in animis religionem, & honestas opiniones, de  
presentia ac Iusticia Dei. Fuit autem illustris  
ora hæc indicia, & proprius aspiciuntur, cum ad-  
hibetur uera physicorum doctrina. Et plura offe-  
rent se uestigia diuinitatis his qui studiose inqui-  
runt & considerant naturam, & prudenter Phi-  
losophantur. Epicurei facti sunt οὐθεοί, quia cor-  
ruperunt Physicen. At alios qui recte Philoso-  
phati sunt, natura ipsa deduxit ad hanc lucem,  
ut & agnouerint esse Deum, ex hanc naturam  
regi & conseruari diuinitus, contendent. Ex-  
tant honestissime disputationes in hanc senten-  
tiam apud Xenophontem, qui cum multa argu-  
menta collegit, tandem inquit, ex his liquide con-  
stare, quod nō extiterint res casu, sed quod mun-  
dus sit opificium σοφοῦ Τιτανού θεού γού νοή  
φιλόζωον. Dulcisima profecto descriptio est,  
quod Deum uocat conditorem φιλόζωον. Vidi  
enim ad usum hominū omnia condita esse, ideoq  
Deo cure esse homines. Nam quorsum attinebat  
Deū tam anxie elaborare in homine iuuando, tu-  
endo, ornando, si tantum ad hoc exiguum spon-  
cium uitæ corporalis cōditi essemus. Xenophoni  
lucet in

Bartholomaeus Melanthius  
natus et natus  
venerabilis Bonifacius

anno 1570

## DE CREATIONE.

lucet in natura rerum, Dei erga nos φιλαυγεως In manibus amor  
vaga Semina  
πτια. Quare & nos Christiani naturam aspici= amus, & ibi Dei præsentiam & benignitatem era= ga nos contucamur. Hoc studium ualde prodest ad disciplinam, & confirmat in animis bonas & pias opiniones, sed tamen hæc Philosophia regen= da est uerbo Dei. Deinde magna pietas est, crea= turis sic uti, ut per eas glorificemus Deum, & monstremus in his bonitatem eius ac præsentiam, & agamus ei gratias. Hæc obiter dixi, ut indi= carem quatenus mihi placeat hæc Philosophia de considerandis uestigis diuinitatis in natura, & ad eam studiosos adhortarer.

## De causa peccati & de contingentia.

**E**XERCVIT Ecclesiam aliquoties, & ma= gnas tragœdias excitauit utraq; disputas de causa peccati, & de contingentia. Et de utraq; re multa colligunt homines acuti inextri= cabilia, & absurdia, quæ quoniam habent aliquid periculi, monendi sunt iuuenes, ut omisssis illis in= finitis disputationibus, potius querant simplicem & piam sententiam, utiliem religioni & moribus,

E in qua

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

in qua resistant, nec sinant se ab ea, illis disputationum præstigijs abduci.

Est autem hæc pia et uera sententia, utram  
manu, ac uerius toto pectore tenenda, Quod  
Deus non sit causa peccati, Et quod Deus non uer-  
sit peccatum. Sed cause peccati sunt uoluntas  
Diaboli, & uoluntas hominis. Nam Gensis pri-  
mo dicitur. Vedit Deus omnia que fecerat, er-  
ant ualde bona. Et in Psalmo Non Deus nos  
lens impietatem tuas. Et Christus inquit, Diabolus  
cum patrem esse mendacijs, & ex proprijs loqui  
mendacium. Transfert igitur causam in Diabolus,  
cum uocat patrem mendacijs. Et cum ait, ex  
proprijs loquitur, discernit uitium a natura quam  
condidit et conseruat Deus. Neque enim hæc inter  
se pugnant, Naturam a Deo ortam esse, & conseruari.  
Et tamen uoluntatem Diaboli & homini-  
nis causam esse peccati, quia uoluntas abuti libe-  
ritate sua potuit, sequitur a Deo auertere. Addi-  
possunt & alia testimonia, ut Roma. 5. Per ho-  
minem intravit peccatum in mundum. Et in Epis-  
tola Ioannis, Concupiscentia carnis &c. non est  
ex Patre, sed ex mundo est.

Nec figure ille uerborū in scripturis offensio  
genui:

## DE CAUSA PECCATI ET DE CONTIN.

dunt. Indurabo cor Pharaonis, & similes. Certū  
est enim, Ebraica phrasis significare eas permis-  
onem, non voluntatem eis faciem, ut Ne nos indu-  
cas in temptationem, id est, ne sisas nos induci.

Probandum est & hoc, quod docent pecca-  
tum diserte significare, non naturam a Deo cre-  
atum, sed corruptiōem aut defectum, ut peccatum  
originis est defectus donorum & iuste obedien-  
tię in naturę hominis. Nunc autem conservat  
Deus talem hominis naturam, qualis modo est,  
etsi aliunde orta est corruptio. Peccata actualia  
sunt inordinati motus, cum uidelicet voluntas de-  
ficiens auerterit se a iusto obiecto. Ac motus ipse  
seu actio uocatur materiale peccati, sed defectus  
seu inordinatio formale. Sed haec est uitij ratiō.  
Peccatum proprie significat reatum illius corru-  
ptionis & defectus.

Constituta autem hac sententia, quod Deus  
non sit causa peccati, plane sequitur contingē-  
tiam concedendam esse. Quia enim peccatum  
proprie a uoluntate Diaboli & hominis ortu est,  
nec Deo approbante aut cogente uoluntates no-  
stras factum est. Ideo nequaquam est necessario

B ij      factum

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

sactum, necessitate absoluta. Et quidem uoluntas nostra ante peccatum uere libera fuit. Est autem libertas uoluntatis, causa contingentiae nostrae actionū. Loquimur enim hic de contingentia nostrarum actionum. Hęc ratio sumpta a causa peccati satis illustris est, & opponenda est aliis rationibus, quae omnino tollunt contingentiam, quae in curiosis ingenij sępe magnos tumultus excitant.

Deinde concedendum et hoc est, quod scripsit  
ptura tribuat homini nunc etiam post peccatum  
libertatem aliquam diligendi ea quae sunt subiecta rationi, ad ciuilem iusticiam efficiendam, hi  
postea dicemus. Sicut igitur Deus uniuersam na  
turam condidit, ita condidit etiam hoc naturę do  
num, seu modum agendi, uidelicet libertatem. Ei  
autem libertas ut dictum est, fons contingentiae  
in actionibus humanis. Ergo contingentia praevi  
det Deus ac determinat ita, ut non tollat modum  
agendi in dictum naturae, sed determinat actions  
sicut fiunt. Permittit ut uoluntas Saulis sic agatur  
& non impellit ut agat secus. Et decernit uia  
Saulem repressurus sit.

Sicut autem creatio ipsa non potest intelli  
gi & indicari ab ulla creature, ita neq; hec per  
hunc

## DEC A V S A P E C C A T I E T D E C O N T I N .

spici possunt, quomodo maneat libertas, cum ex  
Deus impertiat naturae uitam et uires, et de-  
terminet contingentia. Hæc omnia pertinent ad  
intellectum creationis, nec possunt satis explicar-  
i. Et qui subtilius hæc disputant, multa prodigi-  
osa colligunt, que tantum perturbant imbecilles  
animos. Quare nos ad illam rationem, quam  
dixi, respiciamus, que plana et manifesta est.  
Ideo defendenda est contingentia, ne Deum fa-  
ciamus autorem seu causam peccati. Et libertas  
donum Dei est, seu ordinatio Dei in uoluntate.  
Quare etiam si præuidet Deus et determinat co-  
tingentia, tamen ita determinat, ne modum agen-  
di uoluntatis, seu ordinationem suam tollat.

Ceterum illa distinctio necessaria est. Necesitas  
alia est consequentis seu absoluta, qualis est hæc,  
necessæ est Deū esse, Deum esse bonum, iustū et c.  
Alia est cōsequentæ, ut oportet eueri Hierosolym-  
am. Hæc non sunt natura sua necessaria, sed  
sunt immutabilia, postquam decreta sunt, ut mor-  
tui reuiuiscent, uel quia sequuntur propter præ-  
cedentes causas, ut oportet hereses esse. Quia, n.  
Diabolus odit Deū, et incitat impios contra Euau-  
geliū qui obsequuntur, ideo oportet hereses esse.

E iij

Hæc

LOCI COMMV. PHILI. MELANTH.

Hec sunt natura contingentia. Neq; enim haec  
consequentia libertatem voluntatis tollit.

Nee inuchenda sunt in Ecclesiam deliramen-  
ta de Stoico fato, aut τῷ θεῷ ἀνάγκῃ, Nihil  
enim habent ueri aut firmi, sed sunt mere prestatu-  
giae ac Sophisticæ coacceruationes. Deinde non  
est obscurum, quantum hec opinio noceat pietati  
et moribus, si sic sentiant homines, ut Zenonis  
seruulus dicebat, non debere se plecti, quia Stoica  
fato coactus esset peccare. Ab his opinionibus  
debet pios auribus atq; animis abhorrere.

De humanis viribus seu de libero  
arbitrio.

**V**ALLA ET plerique; alii non recte detrahe-  
bunt uoluntati hominis libertatem, ideo  
quia sicut omnia decernente Deo, atq; ita in unius  
versum tollunt contingentiam. Sed aliena est di-  
sputatio de contingentia, ab hoc loco de uiribus  
humanis. Hic enim in Ecclesia queritur, qualia  
sunt natura hominis, an perfectam obedientiam lo-  
gi Dei praestare possit, non queritur de arcana  
Dei consilio gubernantis omnia, non queritur de  
praeceptis

## DE HVM. VIRIB. SEV DE LIB ARBIT.

prædestinatione, non agitur de omnibus continua-  
gentibus. Ideo prudens lector disputationes de  
coningentia, item de prædestinatione hic seponat,  
et procul ab hoc loco sciungat. Nos ipsoſ initia-  
eamur et meminerimus nos de nostra infirmitate  
te iam loqui, non est opus aegrotatip et coles-  
sia scrutari de modo gubernationis diuine, aut  
de prædestinatione. Ac prouidendum est, ne ob-  
ruantur res bona et utiles, rixis nihil ad rens  
pertinentibus, quod fieri solet, cum peregrini loci  
admiscentur. Ideo dicam breuiter hic, quomodo  
scriptura nos de infirmitate humanae naturae do-  
ceat. Hec enim agnoscenda est, ut discamus  
quare nobis opus sit beneficio Christi.

De viribus hominis sumantur ex Philoso-  
phia partitiones, que non sunt ignota. In homine  
sunt Ratio, seu mens que iudicat, uoluntas que  
uel obtemperat, uel repugnat iudicio, et imperat  
inferioribus viribus. Inferiores vires sunt sensus,  
Appetitiones sensuum seu affectus. Vocant au-  
tem liberum arbitrii, uoluntatem coniunctam cu-  
ratione. Scriptura cum nominat cor, mentem et si-  
milia, complectitur iudicium et ipsas appetitiones  
heras, non simulium aut externum opus.

E iiiij Sed m

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Sed ut rixas de appellatione omittamus, de  
re dicendum est. Illud queritur, quomodo uolun-  
tas sit libera, hoc est, quomodo possit obedire legi  
Dei. Neq; uero iudicari de hac questione potest,  
nisi magnitudo peccati quod nobiscum nascitur,  
seu naturalis infirmitas consideretur, item iij  
sciamus lege Dei requiri non tantum externa ci-  
uilia facta, sed perpetuam & perfectam totius  
naturae obedientiam. Nam si natura hominis  
non esset corrupta peccato, haberet certiorern &  
clariorern de Deo noticiam, non dubitaret de uo-  
luntate Dei, haberet uerum timorem, uerant fe-  
duciam, deniq; praestaret obedientiam integram  
legi, hoc est, in natura hominis essent motus os-  
mnes consentientes cum lege Dei, sicut in ppi  
Angelis. Nunc autem natura hominis oppressa  
morbo originis, plena est dubitationis, caliginis,  
errorum, neq; uere timet Deum, nec uere confa-  
dit, deniq; plena est uiciosorum affectuum. De  
hac infirmitate hic queritur, quantum praestare  
humana uoluntas possit.

Primum igitur respondeo, Cum in natura  
hominis reliquum sit iudicium, et delectus quidam  
rerum que sunt subiectae rationi, aut sensui, re-  
liquis q;

DE HVM. VIRIE. SEV DE LIB. ARBIT.

liquis est etiam delectus externorum operum ci-  
vium. Quare uoluntas humana potest suis ui-  
ribus sine renouatione, aliquo modo externa le-  
gis opera facere. Hec est libertas uoluntatis,  
quam Philosophi recte tribuit homini. Nam hāc  
etiam sacræ literæ aliquo modo concedunt homi-  
nibus. Quia scriptura docet esse quandam iusti-  
ciam carnis, quædam opera legis, in his qui non  
sunt renati. Ergo concedit hæc opera effici posse  
humanis uiribus sine renouatione. Imo hanc di-  
sciplinam externam seuere requirit, cum inquit.  
Lex est iniustis posita, Item, Lex est paedagogus.  
Et quantas utilitates habeat hæc paedagogia,  
paulo post dicemus. Nunc illud tantum addam,  
hanc ipsam libertatem efficiendæ civilis iusticie  
sepe uinci naturali imbecillitate, sepe impediri  
a Diabolo. Nam cum natura sit plena malorum  
affectionum, sepe obtemperant homines prauis  
cupiditatibus, non recto iudicio, sicut inquit apud  
Poetam Medea. Video meliora proboque, Deteri-  
ora sequor. Præterea Diabolus captiuani natu-  
ram impellit ad uaria flagitia etiam externa,  
sicut uidemus summos uiros, qui tamen conati  
sunt honeste uiuere, lapsus turpisimos habere.  
Sed tamen inter has difficultates nesciūque reliqua

LOCI COMMV. PHILIP. MEL ANTH.  
est aliqua libertas efficiendæ iusticiæ ciuilis.

Secundo Euangelium docet in natura hora  
ribilem corruptionem esse, quæ repugnat legi  
Dei, hoc est, facit ne præstare integrum obediens  
tiam possumus. Et hanc corruptionem non potest  
humana uoluntas per se se ex natura tollere, sicut  
neq; mortem quæ est propriissimus effectus istius  
corruptionis, per se se potest ex natura tollere. Est  
autem in natura humana cœcitas tanta, ut hanc  
ipam corruptionem nō satis perspicere possumus.  
Ideo non uidemus, quanta sit infirmitas humanae  
rum uirium, quam si uere cerneremus, tum demū  
intelligeremus, homines non posse legi Dei satis  
facere.

Sciendum est igitur de libero arbitrio, non  
posse homines legi Dei satisfacere, Nam Lex di-  
uina requirit non tantum externa facta, sed inter-  
iore mundiciem, timorem, fiduciam, dilectionem  
Dei summam, deniq; perfectam obedientiam,  
& prohibet omnes uiciosos affectus. Constat autem  
homines hanc perfectam obedientiam in hac  
corrupta natura nō præstare. De hac corruptio-  
ne, præcipue loquimur, non de externis factis,  
cum extenuamus libertatem uoluntatis. Multum  
enī

DE HUMA. VIRIB. SEV DE LIB. ARBIT.

enim refert non extenuari neq; dissimulari hanc corruptionem, ut intelligamus homines non satis facere legi, ut sciamus nobis opus esse misericordia &c.

Deinde & hoc addendum est, uoluntas humana nō potest sine Spiritu sancto efficere spirituales affectus, quos Deus requirit, scilicet, uerum timorem Dei, ueram fiduciam misericordiae Dei, obedientiam ac tolerantiam affectionum, dilectionem Dei, & similes motus. Testimonia sa- tis multa sunt, quae testantur naturam esse corruptam, nec posse legi Dei satisfacere. Preterea neq; posse sine Spiritu sancto motus spirituales concipere, quos Deus requirit.

Roma. 8. Qui ducuntur spiritu Dei, hi sunt filii Dei. Item, Siquis spiritum Christi non habet, is non est Christi. Haec duæ sententiae satis perspicuae sunt, & plane testantur, opus esse Spiritus sancto, ut obedire possimus. Constat autem nomine spiritus sancti significari non rationem humanam, sed spiritum Dei efficacem in animis nostris.

I. Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei. Significat enim  $\tau\chi\mu\delta$  homo animalis uiuentem

LOCI COMMV. PHILIP. MEL ANTH.

uiuentem uita naturali, hoc est, sensu & ratione  
naturali sine Spiritu sancto. Sic enim ex loco dis-  
cernit Paulus animalem a spirituali. Quanquam  
enim homini naturaliter impressa est noticia de  
Deo, tamen haec adeo obscurata est, ut non satis  
assentiatur ei animus, sed dubitet, an Deus curat  
nos, an puniat, an uelit ignoscere, exaudire. Et  
haec dubitatio efficit, ne uere timant animi Deo  
um &c.

Ioannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua  
& Spiritu, non potest intrare in Regnum Dei.  
Ioannis 6. Nemo potest uenire ad me, nisi quem  
Pater traxerit, Et erunt omnes docti a Deo. Item,  
Sine me nihil potestis facere. Haec testimonia sa-  
tis plane docent, uoluntatem humanam sine Spi-  
ritu sancto non obediens Deo, hoc est, non habere  
spirituales motus, ueram noticiam Dei, uerum  
timorem, ueram fiduciam, loquimur enim hic  
principue de animi motibus, non de externis factis.  
Neque uero opus est longa disputatione, consulat  
unusquisq; animum suum, & secum deliberet, &  
querat, an non mirifice dubitationes de Deo ex-  
ercant animum, an non conflictetur mira diffi-  
cile, an uere timeat, amet Deum, an non indi-  
gnetur hanc imbecillam naturam tantis calamis-  
tatibus, &c.

## DE HUMA. VIRIB. SEV DE LIB. ARBIT.

latibus, ac morte opprimi, & præterea terrores  
eternarū poenarum proponi. Quid in ipsis affli-  
ctionibus, quomodo sunt affecti animi, ubi uiden-  
tur deserti a Deo? An non dubitant tunc, utrum  
Dico cur e sint humana, utrum exaudiat hominū  
preces? Hi magni motus animorum consideran-  
ti sunt, cum de libero arbitrio disputatur.

Nec hæc eò dicuntur, ut laqueos injiciamus  
conscientijs, aut deterreamus homines a studio  
obedienti, aut credendi, aut ne conentur. Imo  
cum a uerbo ordiri debeamus, certe non repu-  
gnandum est uerbo Dei, sed annitendum ut ob-  
temperemus, & intuenda promissio Euangelijs,  
quæ est uniuersalis. Porro in ueris certaminibus  
hæc clarius iudicari possunt, quam in ociosis di-  
sputationibus. Nam in uero agone, ubi angimur  
de remissione peccatorum, erigere nos debemus,  
& intueri in promissionem. Quanquam autem  
luctatur uoluntas cum infirmitate, tamen quia  
non abiicit uerbum, sed sustentat se uerbo, con-  
sequitur consolationem. Et Spiritus sanctus ibi  
efficax est per uerbum. Sicut inquit Paulus, Spi-  
ritus adiuuat infirmitatem nostram. In hac lucta  
hortandus est animus, ut omni conatu refineat  
uerbum.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

uerbū. Non est debortandus ne conetur, sed do-  
cendus quod promissio sit uniuersalis, & quad des-  
beat credere. In hoc exemplo uidemus coniungi  
has causas, Verbum, Spiritum sanctū, & uolun-  
tatem, non sane ociosam, sed repugnantem infra-  
mitati suæ.

Has causas hoc modo Ecclesiastici scriptio-  
res coniungere solent. Basilius inquit, μόνος Θεός  
αυτορ, νοήσ ο δέ τις προαπότα. Deus antea  
uertit nos, uocat, mouet, adiuuat, sed nos uideris-  
mus ne repugnemus. Constat enim peccatum ori-  
ri a nobis, non a uoluntate Dei. Chrysostomus in-  
quit, ο δε ελικωρ, τοπ ουλαίμηρος ελάσ. Id  
apte dicitur aufficanti a uerbo, ne aduersetur,  
ne repugnet uerbo. Et nos quidem sic iudicare  
oportet. Non enim indulgere debemus diffiden-  
tie aut desidie naturali.

Præterea si de tota uita piorū loquamur, est  
est ingens imbecillitas, tamen est aliqua libertas  
uoluntatis, cum quidem iam adiuuetur a Spiritu  
sancto, & agere aliquid potest in externis lapso-  
bus cauendis. Ideo ex spiritu sancti auxilium  
amplificari debet, & simul acui diligentia nostra.  
Sicut Paulus iubet cauere, ne frustra gratiā ac-  
cepserimus.

DE HVMA. VIRIE. SEV DE LIB. ARBIT.

ceperimus. Et Christus, cum inquit, dabit Spiritū  
sanctum potentibus, promittit non ociosis, non a-  
ffernantibus, non repugnantibus. Et auget Deus  
dona in his, qui recte utuntur, ut docet similitudo  
de negociantibus.

Postremo de disciplina, dixi supra uolunta-  
tem posse suis uiribus aliquo modo efficere ciui-  
lia officia. Et hanc disciplinam requirit Deus  
etiam in his qui nondum sunt sanctificati. Nec  
nulla est eius utilitas. Nam externa delicta pœnis  
corporalib. & æternis puniuntur. Ad hæc Pau-  
lus inquit, Legem esse Pædagogum in Christum.  
Prodest enim hæc pædagogia, ut doceantur ho-  
mines & audiant uerbum Dei. Et quia Deus est  
efficax per uerbum, ideo per hæc exercitia multi  
uocantur ad ueram pietatem.

Hæc sententia de libero arbitrio, nihil ha-  
bet absurdī, & est germana cū aliorum scripto-  
rum Ecclesiasticorū ac synodorum, tū uero etiam  
Augustini. Nec adigit ad desperationem bonas  
mentes, nec deterret eas, quo minus concentur. Imo  
& amplificat Spiritus sancti auxilium, & acuit  
ueram ac diligentiam nostrę uoluntatis. Non  
probo deliramenta Manichorū, qui prorsus nul-  
lam uoluntati actionem tribuebant, ne quidem ad-  
iuuante

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

iuante spiritu sancto, quasi nihil interesset inter  
statuam & voluntatem. Atq; hinc facile possunt  
conciliari sententiae de libertate. Ecclesiasticus  
inquit. Deus reliquit hominem in manu consilii  
sui &c. Dico uoluntatem in pijs actionib. & co-  
natibus non esse ociosam, sed tamen adiuuandam  
esse a spiritu sancto, ita fit uerius libera.

Addam, ut haec fiant illustriora, duo He-  
ronymi dicta. Anathema sit, si quis dixerit Deum  
impossibilia præcepisse. Hoc dicto ualde abutitur  
imperiti quidam. Necesse est igitur dicto Hiero-  
nymi cōmodam interpretationem addere. Hanc  
sumemus ex altero dicto eiusdem autoris. Qui  
dixerit nos posse mandata Dei implere sine gra-  
tia Dei, Anathema sit, Hic gratia intelligatur,  
non solum quod adiuuemur a spiritu sancto, sed  
etiam ipsa gratuita imputatio iusticie, seu acce-  
ptatio, quod uidelicet iusti reputemur propter  
Christū, exinde placeat inchoata obedientia,  
etiamsi legi non satisficit. Sic intelligatur Lc.  
possibilis esse per gratiam. Hæc interpretatio  
necessaria est, ut intelligamus utrūq; & quod ob-  
edientia piorū procul absit a perfectione legit,  
& tamen placat uidelicet quia persona proprie-  
Christū placet, sed hæc suo loco copiosius exponā.  
De pecc.

## DE PECCATO.

### De peccato.

CHRISTVS complexus est summam doctri-  
næ Euangeliæ quasi methodum informa-  
vit, cum iubet prædicare pœnitentiam & remissio-  
nem peccatorum. Hi sunt præcipui loci uniuer-  
se doctrinæ Christi, ad hos tanquam ad caput re-  
ferri debent reliquæ partes. Porro prædicatio  
pœnitentie accusat & damnat peccatum, sicut in  
Iohann. scriptum est, Spiritus sanctus arguet mun-  
dum de peccato etc. Necesse est igitur in doctrina  
ecclæsticæ diligenter explicari quid uocet  
scriptura peccatum, & Paulus ob eam causam  
propemodum totam Epistolam ad Rom. consumit  
in collatione horum trium locorum, Peccati, Le-  
gis, Gratiae. Ideo & nos hunc locum suscepimus  
explicandum, præsertim cum aliter iudicet scrip-  
tura de peccato quam humana ratio seu philoso-  
phia seu leges politicae. Itaq; singulari prudentia  
in hoc loco opus est. Nam & theologi multi hic  
lapsi sunt, qui peccatum intellexerunt tantum ci-  
viliter de factis. Hic error peperit alios postea  
errores. Non enim potest intelligi magnitudo be-  
neficij Christi, nisi cognitis nostris malis.  
Principio igitur de uocabulo moneri imperi

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

vos necesse est. Peccatum non significat in se  
cris literis tantum, ut grammaticc sonat lati-  
nis, factum aliquod, sed significat & perpe-  
tuum uicum, hoc est, corruptionem naturae pag-  
nantem cum lege, & facta pugnantia cum lege  
Dei. Idq; de uocabulo admoneo ob hanc causam,  
quod quidam adducti grammatica superstitione  
sustulerunt uicum originis, eo quod peccatum sig-  
nificet latino more non perpetuum morbum sed  
factum aliquod, nec uident hebraica uoce sig-  
nificari proprie quiddam damnatum, seu ut illa  
dicam reum, propemodum quod latini scelus di-  
cunt. Sit igitur in genere peccatum, uicum per-  
petuum aut factum pugnans cum lege Dei. Di-  
uiditur autem peccatum in peccatum originis &  
actuale. His enim appellationibus docendi cau-  
tendum est.

### De peccato originis

**D**E Peccato originis ideo multæ differen-  
tes extiterunt, quia humana ratio non in-  
det immundiciem naturalem, hoc est, non uidet  
haec esse damnata, que herent in natura hominis,  
scilicet, Ignorationem Dei, uacare metu Dei, di-  
ffidere Deo etc. Et cum has maximas peccata no-  
cerint,

## DE PECCATO ORIGINIS.

cernat, somniat lege Dei tantum ciuilem iusticiam  
requiri, nec peccata esse ulla alia præter ciuilia  
delicta. Deinde huc detorquent imperiti quædam  
dicta, uidelicet naturam bonam esse. Item pecca-  
tum non esse peccatum, nisi sit uoluntariū. Hæc si  
in loco dicantur uera sunt. Deus n. naturam con-  
didit bonā & integrā. Sed postea per peccatum  
Ade acceſſit corruptio qua sit ne naturales uires  
obtemperent legi Dei. Item, peccatum non  
eſſet peccatum niſi eſſet uoluntarium, de ciuili-  
bus delictis recte dicitur. Sed non debet detorque-  
ri ad peccatum originis. Eſi Augustinus quadam  
ſubtili interpretatione etiam ad peccatum Origī-  
nis accommodat. Dicit uoluntarium eſſe, non quia  
ſit in potestate noſtra, ſumere aut abijcere, ſed  
quia non inuiti tales ſimus. Verum nihil opus eſt  
hac subtili interpretatione, ſatis eſt tenere quod  
de ciuibib⁹ peccatis dictum ſit. Tale eſt etiam  
illud. Non laudamur nec uituperamur propter ea  
qua natura adſunt. Ac feci mencionem horum  
dictorum, quia à theologis intempeſtive in hac di-  
ſputatione citantur.

Scholastici doctores de peccato Originis  
multa pugnantia dicunt, Sed tamen in ſumma

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

hoc senciunt . Peccatum originis esse reatum, hoc est, imputationem, qua posteri Adae propter ipsum delictum rei ac damnati sint . Deinde addunt eis quandam imbecillitatem in natura , hanc uocant somitem , & negant esse peccatum , hoc est , rem sua natura dignam damnatione , sed faciunt partem peccati & rem mediam . Ceterum docent hominem posse sine peccato esse , & satisfacere legi . Hec est summa sententiae scolasticae corum , quae parit alios multos errores , obruit enim ex legem ex Euangelium . Nam cum fingunt non esse peccata dubitationem , dissidentiam & similes uicijos impetus qui nobiscum nascuntur , obscurant legem . Deinde quia fingunt legem Dei tantum requiri ciuilia opera . Item homines iustos esse proprijs operibus abolent Euangelium de misericordia , item abolent doctrinam de fide . Iubent enim dubitare & docent dubitationem non esse peccatum . Cum igitur falsa persuasio de peccato Originis tantam ruinam traxerit , necesse est eam reprehendere ut recte intelligi Lex & illustrari doctrina de misericordia possit .

Nos igitur contra sic sentimus . Peccatum Originis non tantum esse imputationem reatum , sed etiam naturae hominis corruptionem

## DE PECCATO ORIGINIS.

ruptionem, qua fit ne possimus uere obedire le-  
gi Dei & sine peccato esse. Quanquam enim  
ratio cum ualcat adhuc in his quae sensui subies-  
ta sunt facere posse extrema & ciuilia opera, ta-  
men interim hærent in natura hominis ignoratio  
Dei, dubitatio, diffidentia, odium Dei, & alij  
morbii pugnantes cum lege Dei. Voco autem cor  
ruptionem non actum aliquem sed perpetuum  
morbium, atq; illud ipsum quod alij uocant nunc  
defectus, nunc concupiscentiam, nunc inordinatio-  
nem appetitus quæ nunc in natura reliqua est.  
Defectus enim sunt ignoratio Dei, uacare metu,  
fiducia, amore Dei. Neq; uero fingendum est  
hos defectus nihil nocere naturæ quæ reliqua est.  
Nā iſi ipsi defectus sunt horribiles pestes ac uicia.  
Succedunt etiam flagiosissimi impetus, scilicet,  
diffidentia & odium Dei, Inordinata concupis-  
cencia, quæ timet, amat carnalia. Sed hæc omnia  
sunt illustriora ex antithesi. Anshelmus recte de-  
finit peccatum Originis cum ait, esse carentiam  
iusticie Originalis. Hic iusticia intelligatur non  
ipsa natura hominis, Integritas uirium animæ &  
corporis, Certa noticia Dei, & obediencia per-  
fecta timor, fiducia, amor Dei. Amissa hac in-

LOCI COMM. PH'LIP. MELANTH.

tegritate uires animæ & corporis ita corrupta  
sunt ne uere possint obedire legi Dei. Postquam  
amisit natura firmam de Dco noticiam, neceſſe  
fuit succedere ignorationem, dubitationem, con-  
temptum, aut odium iudicij Dei. Cumq; sit sic  
Deo, timet amat carnalia, & habet multipliciter  
impetus pugnantes cum lege Dei. Sic interpreta-  
tur Anshelmus ipse definitionem, ut ostendatur  
& defectus & concupiscentiam complecti. B  
Bonauentura prudenter inquit, nihil interesse in  
ter has figuras dicere quod peccatum Originis  
concupiscentia, aut dicere quod sit defectus, &  
addit, altero alterum significari & comprehendendi.  
Ideo recentiores sine causa rixantur, pecca-  
tum Originis esse defectum non concupiscentiam  
vtrumq; enim complectitur. Et hic sciendum est  
utrumq; esse materiale peccati & concupiscenti-  
am & defectus, siquidem formale peccati uero  
ac proprieſtate reatus seu imputacio.

Vnde sit peccatum Origini-  
nis.

**B**ostquam Adam lapsus est, amisit integrati-  
onem naturalem cum sentiret iram & iniuri-  
am.

## DE POENIS.

um Dei , ac subiiceretur regno peccati & mortis  
ac spoliatus prioribus ornamentis, procreauit deinde  
de tales qualis iam erat ipsius natura . Ita postea  
propagatione contrahunt utrum Originis hoc  
est , rei sunt & habent uiciosam naturam .

## De Pœnis .

Scholastici concupiscentiam faciunt pœnam  
peccati , non peccatum . Nos concupiscenciam di-  
cimus & pœnam lapsus Adæ & peccatum in  
nascientibus . Est et mors pœna , sed precipua pœna  
est tyrannis diaboli , cui subiecta est natura ho-  
minis propter peccatum , & de hac pœna loqui  
tur Genesis , cum inquit . Insidiaberis calca-  
neo eius . Sicut itaq; diabolus in naturam hominis ,  
exercet eam terroribus & omni genere calamita-  
tum , atq; interficit etiam , Ad hæc impellit can-  
as omnis generis flagitia , ad blasphemias , ad impi-  
as opinions , ad hypocrisy , ad cedes , ad odia etc .  
Idq; res ostendit etiam in præstantibus uiris qui  
cum uirtute uiuere conati , tamen naturæ imbecilli-  
tate & potentia Diaboli uicti inciderunt in uaria  
turpitudinis genera .

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.  
Testimonia quod sit pecca-  
tum Originis, & quid  
sit.

P Sal. 50. Ecce in iniquitatibus conceptus sum  
& in peccatis concepit me mater mea. De-  
plorat enim non matris peccatum sed suum. Ego  
ita conceptus sum, ut cum formarer statim in mea  
massa seu in me ipso extiterit peccatum. Testa-  
tur igitur propheta peccatum esse in hominibus,  
quod nascentes secum afferunt.

Ephes. 2. Eramus natura filii iræ sicut o-  
ceteri. Ebraica phrasis est, filii iræ pro reis se-  
damnatis, & dicit Paulus pariter Iudos & Gen-  
tes natura esse filios iræ, Ergo non tantum con-  
trahitur damnatio actualibus peccatis, sed etiam  
morbo naturæ. Porro in codem loco describitur  
magnitudo huius mali, ubi dicit diabolum effica-  
tem esse in incredulis, hinc intelligi potest que si  
præcipua poena peccati Originis, quam nusquam  
attingunt scholastici in suis disputationibus, &  
quidem de hac poena uidelicet quod homines sim  
subiecti regno & tyrannidi diaboli, præcipue ad  
monendi

## DE TESTIMONIO.

monendi erant homines, ut cognita magnitudine  
mali, intelligeremus beneficio Christi opus esse.

Rom. 5. Vnius delicto omnes mortui sunt,  
Ergo alij sunt rei propter Adæ lapsum, & addit,  
Mors peruersit in omnes, quia omnes peccauerunt.  
Hebraica phrasis est, Peccauerunt pro rei sunt,  
seu peccatum habent. Quod si tantum actualia  
delicta essent peccata, unusquisque tantum reus  
esset sui facti. Nunc cum clare dicat, nos reos esse  
propter Adæ delictum, testatur aliud quoddam in  
natura peccatum esse preter actualia delicta. Et  
ne id peccatum intelligatur tantum reatus, pon-  
dera horum uerborum obseruanda sunt. Pecca-  
tum regnauit. Mors regnauit & similia. Signi-  
ficat enim homines oppressos esse ira Dei, non ha-  
bere firmam Dei noticiam, odisse & fugere iudi-  
cium Dei, mori per terrefactos iudicio Dei. Sicut  
inquit Paulus Aculeus mortis peccatum est.

Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua &  
spiritu non potest intrare in regnum Dei. Si  
opus est regeneratione, ergo uestus natura rea est  
& immunda.

Genes. 8. Cogitatio humani cordis, mala

a p

cst

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

est à puericia , significat enim non solum confusio  
tudine delicta contrahi, sed in natura peccatum  
esse quod statim erumpit ab initio .

Huc pertinet & Hiero. sententia Praeceptum  
est cor hominis & inscrutabile . Sed plurimum  
uelant in hac causa Pauli sententiae . Rom . 7. &  
8. quae testantur peccatum esse . Constat enim eum  
ibi non tantum actualia delicta accusare , sed  
peccatum hærens in membris de quo dicit . Inue  
nio aliam legem in membris repugnantem legi  
mentis meæ . Item Carne seruio legi peccati.  
Item sensus carnis mors est , et inimicicia aduersaria  
Decum nec potest legi Dei obedire .

Hæc loca utrumq; docent & nasci homini  
cum peccato , quia certe concupiscencia nobis  
cum nascitur & testatur peccatum Originis non  
tantum esse reatum , sed etiam morbum in ipsa  
natura hærentem , nec refert utrum hunc mor  
bum appelles defectum an concupiscentiam Reue  
ra enim nihil interest , si defectum prudenter intel  
ligas . Nihil dici grauius potest quam tales de  
fectus in natura esse , ignoracionem Dei , hancare  
mccc

## DE TESTIMONIO.

metu, fiducia, amore Dei. Nulli morbi grauiores nominari possunt.

Hec de peccato Originis uera et perspicua sunt & consentanea scripturis & ecclesiasticis paribus. Sed sicut olim Pelagiani intempestive philosophantes sustulerunt peccatum Originis, & postea scholastici eciam si in speciem retinent, tandem reuera tollunt cum negant concupiscentiam peccatum esse, & fingunt hominem posse legi dei satisfacere. Ita sunt & his temporibus multi inter docti, qui suauiter derident hec quæ diximus de peccato Originis, quia enim ratio non cernit banc infirmitatem esse rem damnatam, & Philosophia nihil iudicat esse uiciosum, quod non est in potestate nostra. Ideo colligunt absurdâ quo uidentur hærcere in nostra sententia, eaq; ualde exigitant & hanc totam ecclesiæ sentenciam iudicant esse merum delyramentum. Aduersus hos leues spiritus diligenter muniendi sunt animi scripiure testimonij quæ citauimus, & uidendum ne ea nobis excutiant istorum calumniosæ interpretationes, qui transformant sentencias de rebus spiritualibus et arcanis dictas in philosophiam & ciuiles opiniones.

Restat

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

Restat ut uulgare dictum interpretetur  
quod solent ad extenuandum peccatum Originis  
citare . Dicitur enim peccatum originis in bap-  
tismo remitti , hoc dicto somniant post baptismum  
nullam rem uiciosam aut damnatione dignam re-  
liquam esse . Ideo nec docent de fide . sed singuli  
hominem iustum esse propria mundicia . Verum  
nos dictum illud sic intelligimus . In baptismo re-  
mitti reatum , & tamen manere ipsum morbum  
hoc est , manet morbus , sed non imputatur creden-  
ti . Præterea cum datur spiritus sanctus , concipi-  
mus nouos & pios motus quibus aliqua ex parte  
corrigi morbus incipit , atq; ita per omnem uitam  
luctandum est cum hoc morbo dupliciter . Pri-  
mum fide statuendum est , quod non imputetur . De  
inde fide etiam concipienda est noticia Dei &  
fiducia misericordiae & consolatio , hoc cum sit  
aliquo modo corrigitur morbus , & inchoatur uia  
ta eterna . Voco autem morbum ut supra dixi con-  
cupiscentiam & defectus . Constat enim post bap-  
tismum etiam in sanctis adultis manere utrumq;  
Nam & sancti ægre obtemperant in cruce , du-  
bitant , diffidunt Deo , stomachantur concedi im-  
piis successus & uictoriam in persecutione etc  
Haec testantur adhuc in natura hærere & conca-  
piscientiam

## DE TESTIMONIO.

presentiam, et defectus. Et necesse est scire hec esse peccata hoc est res uere dignas damnatione & ad ipsius morbi naturam attinet. Sed tamen ita non imputari si fide misericordia apprehendamus. Nisi in hoc peccatum agnoscamus, neque beneficium Christi intelligi, neque exerceri fides poterit. Quod autem in sanctis tale peccatum reliquum sit, clarissime testantur loca 7. & 8. capituli ad Rom. supra citata. Augustinus ad eundem modum docet de remissione peccati originis in baptismo, peccatum inquit remittitur non ut non sit sed ut non imputetur.

## De Peccatis Actualibus.

PECCATUM actuale significat fructus uiciosa naturae, hoc est, affectus cogitata, dicta, facta, contra legem Dei. Simul autem completi debemus personam & opus, itaque etiamsi aliqui impii habent honesta opera, tamen quia personae sunt uiciosa, opera non placent Deo. Et in illis personis sunt interiora uicia, dubitatio, uacare timore ac fiducia Dei, ut in summis uiris Pomponio Attico, Cicerone, qui etiamsi habent noticiam aliquam legis uidelicet quod Deus sit bonus, iustus, tamen non norunt Euangelium, quod Deus gratis remittat peccata, ideoque in magnis afflictionis

LOCI COMMV. PHILIP.MELANTH.

bus iudicant se reieci à Deo. Quare cum habeant  
interiores morbos, etiam polluuntur externe acti-  
ones. Sicut Paulus ait. Omne quod non est ex si-  
de, peccatum est. id est, quod fit ab his, qui da-  
bitant se respici à Deo, qui non credunt se habere  
Deum propicium. Fides enim significat fiduciam  
misericordiae. Quanquam enim non est nostri iu-  
dicij quid Deus egerit cum illis præstantibus uis-  
iris, Solone, Themistocle, Fabio, Scipione, Pompo-  
nio Attico & similibus, an peculiari beneficio  
ipsis præbuerit aliquem intellectum gratuitæ  
misericordiae & remissionis peccatorum & ue-  
cultus, tamen nos tantum iuxta uerbum nunc  
promulgatum, hoc est, iuxta Euangeliū iudica-  
re debemus, neminem sine Christi cognitione, &  
misericordia propter Christum promissa faluum  
fici.

Sed hic obijci potest, si honesta opera sunt  
peccata, quorum igitur prodest ea facere. Item  
cur præcipit ea Deus, cum non approbet peccatum  
iuxta illud. Non Deus uolens impietatem tu ei-

Responsio. Nobis facilis est responsio, adde  
enim fidem ad hanc disciplinam, tunc placebit  
Deo, etiam si reuera est imperfecta obedientia.  
Sicut

## DE PECCATIS ACTUALIBVS.

Sicut supra dixi, quia persona placet, & hæc  
obediencia habet in his qui uere credunt premia  
corporalia & spiritualia in hac uita & post  
hanc uitam. Sed si de impijs quæritur hoc respon-  
deo. Nos non esse Stoicos qui disputabant omnia  
peccata paria esse. Sed plus peccat Nero quam  
Pomponius Atticus, & si Dei iudicium est quan-  
tus gradus sit interioris uicii quod certe non de-  
bet extenuari. Et tamen requirit Deus exter-  
na honesta opera quæ uocantur legis opera. Re-  
quirit autem & propter tranquillitatem homi-  
num inter ipsos & propter disciplinam, hoc est,  
ut institui ac doceri homines de Euangelio possint  
Sicut ait Paulus. Lex est pedagogus, & hanc  
pedagogiam ornat Deus egregiis præmiis corpo-  
ralibus, & econtra uiolationem legis externam  
punit grauibus pœnis corporalibus & æternis.  
Quare prodest hanc pedagogiam amplificare  
& diligenter docere homines, ut statuant diuini-  
tus & præmia pro recte factis & pœnas pro de-  
lictis propositas esse. Idq; docet scriptura in ip-  
so decalogo de præmiis Honora patrem & ma-  
trem, si uis esse longæuus super terram. Ne poe-  
na periurijs dicit in secundo præcepto, Non ha-  
bit Deus insontem, qui usurpauerit Dei nomen

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

in uanum . Item de pœnis docet , quocies de magis  
tratu loquitur , hunc enim constituit Deus ut discri-  
plinam inter homines retincat , & per eos puni-  
flagicia , punit etiam sine eorum opera , aliis calce-  
mitatibus sicut maledictiones in lege testantur .  
Testantur idem & Lex naturæ & experientia .  
Nam hæc ipsa opinio est quædam Lex naturæ .  
scilicet sentire quod Deus pro benefactis premia-  
reddat , pro male factis poenas . Ideo mansit hoc  
iudicium apud omnes gentes , & hinc extiterunt  
illæ grauiſſimæ sententiae apud Hesiodum & ali-  
os de pœnis delictorum .

Deinde constat hoc quoq; illas ipsas herois  
cas uirtutes in summis ingenii ucre esse peculia-  
ria dona & opera Dei qualis fuit in Xenophona  
te inquisicio Dei , in Themistocle , Fabio , Scipione ,  
magnitudo animi atq; consilii in defendenda pa-  
tria , In Lelio , Attico moderatio & fides , Cum  
autem sint uerissime opera Dei sicut ipsi oculi no-  
stri , certe non sunt res malæ , quare iusticia car-  
nis , habet etiam suam laudem & docendi sun-  
net .

Quod autem obiicitur hanc iusticiam pœ-  
nitentiam

## DE PECCATIS ACTUALIS.

calum esse, Deus autem non requirit peccata, Respondet Deus requirit opus ipsum, Neinde quod istud opus fit peccatum, id sit per actionem, scilicet, propter uiciosam personam ut magnitudo animi in Achille est egregia Virtus per se & uere opus Dei, sed sit uiciosa, quia persona est uiciosa, quae dubitat utrum Deus respiciat homines, est sine timore & sine fiducia Dei. Ideo opus ipsum non est obedientia erga Deum. Ille autem est iustus finis operum uere bonorum, ut sunt obedientia erga Deum. Deus igitur rem ipsum quod Deus requirit contaminat.

Reliqua est distinctio peccati mortalis ac uenialis, sed de hac distinctione infra dicemus, non enim potest intelligi, quid sit Veniale, nisi prius de fide dixerimus. Nam sine fide conscientia non potest consistere in Iudicio Dei, Ideo sunt mortalia omnia, quae conscientiam accusant. Sicut Paulus inquit, Lex iram efficit. Item aculeus mortis peccatum est, potentia peccati Lex. Nec possunt opponi iudicio Dei quamlibet honesta opera, quia non possumus sine mediatore Christo accedere ad Deum. Ideo inquit Paulus. Sensus carnis mors est, id est, etiam si habet homo sine fide aliquam

LOCI COMMV. PH'LIP. MEL ANTH.

aliquam de Deo noticiam, etiam si habet egregia  
uirtutes, tamen in iudicio Dei non uiuificari.  
Quare et si Deus requirit hanc pedagogiam, et  
Iusticiam carnis, et si corporalibus premiis con-  
ornat, tamen ista sunt falsa quæ affirmant nos  
aduersarij, quod talia opera mereantur remissio  
nem peccatorum, siue de congruo sive de conui-  
no, et quidem docent huiusmodi opera mereri re-  
missionem peccatorum sine fiducia Christi. Sed reu-  
mat Paulus, qui docet gratis remitti peccata  
de propter Christum, ut clare testatur Ephe-  
Gratis saluati estis etc. Hæc in præsentia sati-  
monuisse, infra enim copiosius de remissione peccac-  
torum et Iustificatione dicendum erit.

In hoc loco de peccato necesse est admane-  
re lectorum de affectibus. Duplices sunt in na-  
ra hominis affectus. Quidam simpliciter pa-  
nent cum lege Dei, ut appetere alterius res  
coniugem, invidere alijs Dei beneficia, appetere  
gloriam indebitam, et efferre se supra alijs  
diffidere Deo, stomachari aduersus iudicium Di-  
odisse Deum, et tales affectus sunt proprietas  
et usus peccati originis, et sunt simpliciter mali et  
negligi.

## DE PECCATIS ACTUALIBVS.

viciosi & cienciendi ex natura hominis . Nec erant  
futuri in integra & incorrupta natura . Alij sunt  
effectus qui non pugnant cum lege Dei , ut amare  
liberos , coniugem , benemcritos , irasci uicijs .  
Natura n. incorrupta non erat futura sine omnib.  
appetitionibus . Nā appetitiones ex natura tollere  
est tollere motū & uitā . Ideo & si hi affectus etiā  
contaminantur uicio originis , tamen sciendum est  
eos per se esse malos & uiciosos , sed in na-  
tura retinendos esse , & efficiendum ut fiant puri  
ores . Vocantur autem à græcis sogyai φυσικαί affortus naturalis  
Hoc discrimen obseruandum est , ne decipiamur  
ab Hypocritis , qui sine discrimine omnes affectus  
tanquam per se uiciosos & malos damnant .

## De Lege Diuina,

Lex Dei est doctrina præcipiens quales nos  
esse , que facere que omittere oportet , & requi-  
rens perfectam obedientiam erga Dcūm , ac dama-  
nans eos qui non præstant hanc perfectam obedi-  
entiam . Sicut ait Lcx . Maledictus qui non per-  
manserit in omnibus his quæ scripta sunt in libro  
legis . Hic primum monere necesse est , quid inter  
sit inter leges humanas & legem Dei . Leges hu-

LDCI COMMV. PHILIP. MELANTH.  
mæ tantum requirunt aut prohibent <sup>externa</sup>  
facta . Philosophia requirit amplius quiddam,  
uidelicet diligentiam non solum in externis mens-  
bris continendis , sed etiam in affectibus stetens  
dis ad certam moderationem & æquabilitatem,  
seu suavitatem , idq; proprie uocatur <sup>honestus</sup>  
Neq; uero accusat naturalem immundiciem , ne  
iudicat illa summa uicia pugnantia cum prima ta-  
bula , dubitationem de Deo , diffidenciam & similes  
morbos in natura hominis hærentes . At Lcx Dc  
non tantum requirit aut prohibet externa facta  
non tantum requirit illam diligentiam de qua plu-  
iosophi præcipiunt coherencendorum affectuum .  
Sed requirit naturam ita consentientem legi Dc  
sicut nunc concupiscentia repugnat legi Dei &  
præcipue requirit noticiam Dei firmam , Veram  
timorem Dei , firmam fidutiam Dei , perfectam  
dilectionem , accusat uiciosos affectus & ipsam na-  
ture immundicem seu concupiscentiam parien-  
tem uiciosos affectus . Hoc sentit Paulus , cunctis  
quit Lcx est spiritualis , hoc est spiritualis ,  
quiens , Veram Dei noticiam . Verum timor  
ueram fiduciam perfectam dilectionem , sicut ab  
Lex . Diliges dominum Dcum tuum ex toto corde ,  
hoc discriminem legis Dei ex legum humanarum  
scia

## DE LEGE DIVINA.

seu philosophie. Cum non considerarent Schola-  
stici doctores, pepererunt multos errores.

Primum finxerunt lege Dei non damnari  
naturalcm imbecillitatem, uidelicet concupiscentia.

Secundo, legi Dei satisfieri per opera nostra  
exeriora. Item per conatum interiorem uolun-  
tatis, etiam si repugnet concupiscentia.

Tertio. Et quidem fingunt legi posse satis-  
fieri sine spiritu sancto.

Quarto, non esse peccata dubitationem, diffi-  
cilem de uoluntate Dei & similes motus.

Quinto quia legi putant satisfacere homi-  
nem, siugunt eum iustum pronuntiari propter pro-  
pria opera & quidem sine fide, id est sine fiducia  
misericordie. Breuiter nihil discernunt inter eas  
iusticiam quam Lex Dei requirit, & quam do-  
cent leges politicæ uel philosophia.

Sexto, Hinc extiterunt etiam somnia de perfe-  
ctione

LOCI COMMV, PHILI. MELANTHI

fectione, de consilijs, de operibus supererogationis. Quia enim somniabant se legi satisfacere, dederunt postea, quomodo plus etiam fieri possit, quam Lex postulat. Sed de consilijs & perfectio-

nec dicam postea.

Sed Paulus belligeratur cum illis Pharisaeis opinionibus de lege, & ostendit lege Dei non tantum requiri ciuilia opera, sed perfectam obedientiam erga Deum, & accusari non tantum actualia peccata, sed etiam naturam uiciosam, contendit omnes reos esse, neminem legi satisfacere. Hæc nisi sciantur, non potest intelligi beneficium Christi, ut postea dicemus, Proinde in Corinthis huc accommodat typum de facie Moysi uerbi, ait Iudeos non uidere in finem legis, hoc est, non perspicere legem perfecte, sed uero mente corum impeditas esse, ubi uelum hanc ipsam fidem persuasionem intelligit, hoc est, carnale scilicet ciuale iudicium, quod Lex tantum requirat ciuilia opera, non accuset naturam uiciosam, quod legi justificat per hanc diligentiam humanam, quod finit dubitationem & aliis uiciosis affectibus. Hoc uelum tolli docet per Christum, cum uidelicet agamus noscimus, nos esse reos iræ Dei, nec posse salvos esse.

## DE LEGE DIVINA.

eere legi Dei , ac querimus misericordiam, & sta-  
tui mus nos pronunciari iustos propter Christum,  
etq; ita liberati dubitacione uere agnoscimus  
& inuocamus Deum etc. Quare & scholastici  
doctores cum illas ipsas Iudaicas & carnales  
opiniones de lege doceant, etiam intuentur in fa-  
ciem Mosi uelatam, nec recte iudicant de lege  
Dei , ac doctrina eorum plane ipsum uelum est,  
quo Lex obscuratur . Est enim sumpta ab huma-  
no & carnali iudicio de legibus . Euangeliu m au-  
tem retegit Mosi faciem, cum in prædic atione pos-  
nit esse ostendit quid uere Lex requirat , quod  
accusat omnes . Hæc uolui inicio breuiter ad =  
monere de discrimine legis Dei & legum huma-  
narum ut sciamus quid Lex Dei requirat , & de  
usu legis diniane recte iudicare possumus.

## Diuisio Legum.

P rimum solent hæ species recenseri Lex Natu-  
ræ Lex diuina Lex humana . Leges diuinæ  
sunt leges que ubicunq; extant cū in Mose tū in li-  
bris Euangelij . Sed quanquam ut postea dicam  
Christiani liberi sunt à lege Mosis tamen hic docen-  
di causa leges Mosaicæ discernendæ sunt, ut po-  
b      iiiij      stea

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Ita facilius ostendi possit, quid sit Lex nature & quibus legibus nos debeamus obedientiam. Mosaiæ & leges in tres ordines distribuuntur. Aliæ sunt morales, Aliæ iudiciales, hoc est, forenses, alia ceremoniales. Morales vocamus, quæ continent præcepta uirtutum quæ ad omnes pertinent. Et quia decalogus continet summam talium præceptorum. Ideo appellatione decalogi plerumq; soleamus intelligere moralia præcepta, ubi in scripturis extant, quæ præcipiunt aliquid de virtutum officijs cuiusmodi sunt præcepta Rom. xiiij. & alibi. Nam omnes huiusmodi sententiae sunt quædam quasi explicatio decalogi. Cum autem in qualibet arte profit informare methodos, ut res late dispersas in capita certa contrahere possimus. Ideo omnia moralia præcepta in Decalogū includimus, ut quasi methodū aliquā teneamus, ac profecto ne potest quidem methodus aptior ulla excogitari. Ac satis appareat hanc επιτομὴν nō humana sed diuina quadam sapientia compositam esse. Hec dixi ne quam pariat controuersiam appellatio decalogi, sed sciant lectores ita nos appellare præcepta de Virtutibus ac moribus ubicumq; extant, cum in Veteri tum in nouo testamento, Idq; co prodest ut etiam teneant studiosi certam quādā sumptuam

## DE DIVISIO LEGVM.

summam ac methodum præceptorum , ut ordine  
omnes leges & omnium Virtutum fontes uidere  
& complecti possint, quod ad iudicandum perne-  
cessarium est.

Judiciales leges & Ceremoniales quæ sunt,  
sicile est iudicare nam iudiciales sunt quæ præ-  
cipiunt de ritibus coniugiorum , de successionibus,  
de poenis delictorum & similibus rebus forensibus  
Ceremoniales de templo & ritibus , qui separant  
hunc populum à cæteris gentibus, in hoc genere  
operum cuius finis proximus esse debet , ut sint  
signa & testimonia professionis seu fidei erga De-  
um . Quanquam autem postea dicemus quomodo  
intelligi debeat quod Christiani dicuntur liberi ab  
hīs legibus, tamen nunc in summa sciendū est Iudi-  
ciales & Ceremoniales leges Mosi prorsus nihil  
ad nos pertinere, nisi si quæ in illis sunt naturales,  
ut de coniugijs, cum prohibentur cognatorum &  
ceterorum affiniūm connubia . Hæ sententiae cum  
sint noticie in natura scriptæ, non possunt abroga-  
ri, sed durant cum ipsa hominis natura . Ideoque  
multi talia precepta vocant moralia, quia ad uir-  
tutes pertinet sanguinis reverentia, & debet ob-  
seruari ab omnibus gentibus & omnibus seculis,

LOCI COMMV. PHILIP. MELANHH.

Et quidē Moses ipse testatur has leges de gradibus non tantum ad Israélitas per tinere, sed ad omnes gentes, quia dicit deleri Cananeos propter inceſtas libidines, quod duxissent cognatas. Itaq; cum accepientur Cananei necesse est tales prohibitions pertinere communiter ad omnes gentes, & leges quasdam naturae esse que prohibuerint ciuismodi connubia, etiam ante legem Mosi, sicut extiterunt & aliae naturales noticiae ante legem Mosi.

Hæc de coniugijis & similibus ualde prodigio meminisse, ne prætextu libertatis Christiane iuris naturae violentur.

Moralia uero pertinent ad omnes gentes non propter Moſen, Sed propter legem naturæ. Item quia etiam Euangeliū prædicat spirituali-lem iusticiam & obedientiam erga Deum. Ideo p̄ repetit præcepta moralia, que docent de mundi- cie cordis & spiritualibus motibus ac officijs, quod quomodo intelligi debeat infra dicimus. Nunc igitur ostendendū est, quid sit Lex naturæ & decalogus cum lege naturæ concordans est. Ut autem facilius intelligi leges naturæ possint, prius recensebimus decalogum, quoniam ut dixi Decalogus

## DIVISIO LEGIS.

catalogus aptissima quædam methodus est, in quam omnes leges morales includi possunt. Et ad deca logum postea leges naturæ accommodabimus. Et quidem ideo promulgatus est decalogus, ut illustraret & interpretaretur legem naturæ.

Tabulæ duæ sunt, quarum prima continet opera quibus propriæ agimus cum Dco, scilicet uerum cultum Dei interiorem & exteriorem. Secunda continet opera erga proximos, interiora & exteriora. Interdum & sic discernuntur. Prima continet uitam spiritualem. Secunda politicam.

Primum præceptum præcipit de eo operæ, quod summum & præcipuum est, videlicet de uera noticia Dei, de uera & perfecta obedientia erga Deum, perfecto timore, fiducia ac dilectione. Complectitur autem duas maximas res, scilicet modum cognoscendi Dei, & uerum cultum. Modus est ut apprehendatur Deus per suum uerbum & testimonium. Quia enim ratio humana cum sive uerbo & testimonio Dei quærit Deum, aut instituit cultus, non potest redi certa, sed dubitat, utrum apprehenderit Deum, utrum Deus curet humana, utrum Deo placeant isti cultus &c. Ideo hic propositum est certum uerbum & testimonium

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

testimonium. Ego sum dominus Deus tuus, qui  
eduxi te de terra Aegypti . Testatur enim hunc  
Deum qui hoc uerbum tradidit et in hoc opere  
agnosci uoluit, uerum Deum esse . Ita et nobis  
propositus est Christus, ut sciamus hunc esse uerum  
Deum qui misit Christum , et propter Christum  
filium, nobis uult esse placatus . Ita certum uer-  
bum et certum testimonium apprehendi oportet  
quo agnoscatur . Cultus autem de quibus hic pre-  
cipit sunt, uerus timor, uera fiducia, uera dilectio.  
Requirit enim timorem, cum ait . Ego sum De-  
tuus, id est, te respiciens et curans, saluans et a-  
tem faciens misericordiam diligentibus . Item  
Diligas dominum Deum tuum ex toto corde. Nam  
huiusmodi sententiae sunt enarrationes primi pre-  
cepti . Cum autem requirat perfectam obedienti-  
am, facile intelligi potest, quod haec Lex semper  
accusat et damnet omnes homines in hac uiciata  
natura, que neque prestat, neque potest prestare  
perfectam obedientiam . perfectum timorem, per-  
fectam fiduciam, perfectam dilectionem.

Sed dicat aliquis, Atqui necesse est eos qui  
Deo placent facere hanc legem, quomodo fit ista  
tur? Breuiter respondeo . Nunquam satisfit huic  
legi,

## DE DIVISIONE LEGIS.

legi , ne quidem à sanctis , sed Christus est consummatio legis , hoc est , postquam territi agnitione peccatorum rursus erigimur fiducia Christi , quia tunc Dei misericordiam agnoscimus in Christo promissam , incipimus Deum agnoscere , cum timeamus et ei confidere . Hic inchoamus opera primi precepti . Et quanquam procul absimus à persécutione , tamen propter Christum pronunciamur iusti ut infra dicendum erit . Ita primum præceptum sit imputatiue , quare sine Euanglio de Christo non potest fieri ac ne inchoari quidem primum præceptum . Nam fiducia sine Christo nulla esse potest , cum Lex ipsa semper accuset et damnat . Communum est autem docendi causa his duobus ueroris complecti omnia opera primi præcepti , uidelicet , appellatione timoris , et fidei . Nam etsi fiduria uere parit dilectionem , tamen dilectionis vocabulum obscurias est quam timoris aut fidei appellatione . Timorem enim oportet nos experiri subinde in pœnitentia , oportet et fiduciam exercitari in consolationibus . Ex his omnibus apparet , in primo præcepto de summo et præcipuo opere uidelicet , de interiore cultu Dei præcipi .

Secundū præceptū præcipit de cultu exteriore  
hoc est

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

hoc est, de proprijs effectibus fidei, de usu nominis  
Dei. Requirit igitur, ut genera complectar, inua-  
cationem, gratiarum actionem, prædicationem  
uerbi Dei, & confessionem.. In his quatuor  
generibus, uerus ac præcipius usus est no-  
minis Dei, & continent præcipuum cultum  
exteriorēm. Hec enim sunt sacrificia laru-  
dis de quibus paſsim concionatur scriptura,  
Psal. 105. Credidi propter quod locutus  
sum. Calicem salutarem accipiam, & nomen do-  
mini inuocabo. Tibi sacrificabo hostiam laudis,  
& nomen domini inuocabo &c. Porro quod pre-  
cepta negatiue sonant, cognoscenda est natu-  
ra sermonis. Nam negatiua oratio ē regione re-  
quirit affirmatiua. Non habebis Deos alias  
præter me, hic .n. requirit, ut ipse habeatur Deus,  
hoc est, ut ipsi tribuatur honos qui Deo debetur,  
scilicet, timor & fiducia. Ideoq; prefatur affir-  
matiue. Ego sum dominus Deus tuus. Ita cum  
ait, Non usurpes uane nomen Dei, requirit ius-  
tum usum nominis Dei. Iustus autem usus est in  
illis quatuor generibus que recitaui.

Tertium preceptum propriæ ad ceremonias

## DIVISIO LEGIS.

nas pertinet, quæ sunt pars exterioris cultus, sunt enim signa instituta cum ad confessionem, tum propter ministerium uerbi. Hi enim debent esse fines ceremoniarum. Vides autem quām continuus ordo sit. Primum præceptum concionatur de interiore cultu. timore ac fide. Secundum de præcipuo cultu exteriore, de invocatione & predicatione uerbi &c. Tertium præceptum de ceremonijs, quæ ut dixi traditæ sunt, cum ut per eas confiteamur fidem, tum ut profint ad conservandum ministerium uerbi. Loquuntur autem textus de sabbato. Quia sabbatum cum institutum sit propter ministerium uerbi, præcipua ceremonia est, & ceteras complectitur. Diserte enim dicit Lex non tantum de ocio diei septimi, sed de sanctificatione, Memento ut diem sabbati sanctificet, id est, ut collocet in usus sanctos, uidelicet in translationem uerbi Dei, & alios cultus diuinitus ordinatos. Idco quidam non ineruditæ dicunt, hoc tertium præceptum partim morale esse, partim ceremoniale. Est enim ceremoniale, quatenus de iudaicæ obseruatione certi dici septimi præcipit. Et hæc ceremonia ut constat abrogata est, sicut circumcisio & ceteræ iudaicæ ceremoniæ, sicut Paulus ad Colossem nominatim de sabbato docet

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.  
docet. Sed morale in hac Lege est, quod significat ceremonias diuinitus datas propter ministerium uerbi conseruandas esse, & aliqua tempora exerceendis illis ceremoniis & audiendo uerbo Dei impertienda esse. Hoc morale & naturale mandatum certe ad omnes homines pertinet. Genus est iuris diuini ut aliquo tempore ceremonias diuinitus traditas usurpemus, & ad ministerium uerbi coueniamus. Sed species quo dic, quo tempore id fiat, nūc non habet preceptū diuinum. Neq; ego nūc alleriam precepiti quero, sed principale sententiam recito. Requirit enim præcipue hoc preceptum, ut ceremonias diuinitus institutas, & publicum ministerium uerbi Dei conseruemus. præcepit igitur de rebus maximis. Nulla enim res magis necessaria est, quam ministerium uerbi Dei. Quare uulgas non leuiter peccat, quod hoc preceptum totum ita ad Iudeos reiicit, ut intermixtæ gligat ceremonias Euangelicas & ministerium Euangelii, atq; hec de prima tabula sufficiant.

Nunc conferenda erat inobedientia humani cordis ad singula precepta. Pugnant cum primo præcepto securitas in animis hominum qui vacant timore Dei, dubitatio, dissidentia de misericordia

## DIVISIO LEGIS.

pericordia. Itē fiducia propriae iusticie ac potētiae  
Deniq; uariae falsoe opiniones de Deo , & idola  
triae, que honorē Deo debitū, fiduciā & inuocati  
enem tribuunt creaturis. Cum secundo pugnant  
dubitatio eorum qui sine fide inuocant , aut non  
inuocant , quia non possunt se erigere ut credant.  
Item impij cultus, impia doctrina, blasphemiae &c.

Cum tertio pugnant prophanatio ceremoniarum, et contemptus ministerij uerbi. Constat autē omnibus his uicijs mundum plenum esse. Præcipue autem peccant aduersus primam tabulam impij doctores & pontifices, qui hæc tanta uicia ap-  
probant, atq; alunt. Contra primum præcep-  
tum docent , non esse peccatum naturalem immuni-  
dinem que facit ne perfecte obediamus Deo . Ni-  
bil docent de fiducia gratuitæ misericordiæ. Imo  
docent non esse peccata, dubitare & diffidere de  
misericordia.

Contra secundum præceptum  
defendunt impias doctrinas , quæ abolent ueram  
invocationem , defendunt impios cultus , sicut ido-  
latram missarum . Item monachatum . Impio  
pretextu nominis diuini summam crudelitatem  
exercant. Contra tertium , Deprauant usum  
ceremoniarum , singunt ipsas ceremonias mereri

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

remissionem peccatorum ex opere operato sine fide . Ideoq; cumulant sine modo ceremonias , et interim opprimunt ministerium uerbi Dei, propter quod præcipue diuinitus institutæ sunt ceremoniæ . Omitto interim quantum ceremoniarum ex cogitauerint tantum per auaritiam aut per ambitionem, Tale est regnum impiorum doctorum et pontificum plane contrarium primæ tabulae legis Dei . Dixi autem supra hos errores nasci ex falsa persuasione , qua somniant homines legi Dei tantum requiri ciuilia seu externa opera, hæc p[ro]risaica opinio parit reliquos errores.

Secunda Tabula.

Præcipit quales esse debeamus erg[o] proximum, Quanquam autem et hæc de natura mundi dicie præcipit, tamen simul hic politiam constitui. Primus gradus in hac societate humani generis est imperium, ut alij præsent, alij parcent. Ideo prima uirtus est obedientia etiam apud philosophos , qui eam uocant honestissimo nomine iusticiam uniuersalem . Quare et hic initio præcepit de obedientia . Et quidem requirit sumendum opus obedientiae uidelicet honorem . Significat enim

SECUNDA TABVLA

SECUNDA TABVLA  
enim bonos tribuerit alteri ex animo sapientiam  
& iusticiam, hoc est parere eius iudicio & au-  
toritati. Orditur autem à primo gradu imperij  
scilicet ab auctoritate parentum. Deinde huic  
addi debent ceteri gradus. Ita complectitur hoc  
mandatum præcepta quæ extant de magistratis  
bus Rom. 13. & alibi. Et pertinent ad hanc le-  
gem summae uirtutes, uidelicet scriuire uocatio-  
ni, modestia, hoc est, non perturbare respub.  
aut uocationem per πολυπραγμονυμ aut am  
bitionem, <sup>non obsecrante</sup> <sup>hunc</sup> <sup>hunc</sup> <sup>hunc</sup>  
huc pertinet pietas erga parentes, erga  
rempub. & similes uirtutes.

Sequentia præcepta continent reliquas uitates & officia necessaria ad societatem generis humani. Necessaria est particularis iusticia, cuius hæc sunt propria. Neminem ledere, suum cunctis tribuere. Ideo deinceps præcipit Lex Non occides. Hæc Lex omnem priuatam vindictam prohibet. Nam magistratus postea habet sua præcepta de vindicta. Porro quia Lex non tantum de externo opere loquitur, sed damnat omnem priuatam vindictam, prohibet non solum manifestas iniurias, sed vindictæ cupiditatem, odia, iniuidentiam & similes affectus. Sic Christus hanc legem

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Mathei. 5. interpretatur. Quare multas uirtutes complectitur, iusticiam, mansuetudinem, constamtiam, patientiam, clementiam,

Sextum preceptum. Non mechaberis, sicut coniugia. Nullum autem encomium coniugij illustrius est, quam quod hæc ipsa Lex continet. Quia enim iubet abstinere ab alterius coniuge, constat muniri coniugia. Ergo approbat coniugia, & concedit usum propriæ coniugis, nec potuit magis ornare quam hoc ipso honore, quod uicelicit hac lege muniuntur & defenduntur coniugia. Quare utrumq; hic discendum est, quod hæc Lex & approbet coniugia, & prohibeat ab aliena abstinere. Christus & hanc legem Matth. 5. declarat. Quare continet multas uirtutes, castitatem, temperantiam, continentiam, sobrietatem, & similes quæ prohibent illicitas uoluptates Veneris & gulae, nam hæc uicia natura coniuncta sunt.

Septimum. Non furtum facies, munit rerum proprietates, atq; hic etiam utrumq; dictum est, primum ut sciamus dominiorum distinctionem Dei ordinationem esse, id obseruare proinde contra

## SECUNDA TABVLA.

contra fanaticos & furiosos spiritus, qui magno & perniciose errore contendunt in Euanglio tolli rerum proprietatem. Deinde etiam prohibita obseruanda est, ne aliena appetamus. Continet & hec Lex multas uirtutes, quæ pugnant cum prodigalitate, auaricia, ignavia, uidelicet parsimoniam, sedulitatem, diligentiam, liberalitatem. Nam & prodigi et ignavi omnes fures sunt, propterea quod necesse sit eis ex alieno rapere ad tolerandos sumptus & ocium.

Octauum, Non dicas falsum testimonium iudicia munit, que continent defensionem omnium de quibus supra præcepit corporum, coniugum, & rerum. Continet autem hec Lex uirtutum omnium pulcherrimam Veritatem.

Nonum & Decimum addunt declaratio-  
nem ut sciamus lege Dei non solum de externis  
operibus præcipi, sed uiciosa naturam hominis  
accusari oportuit enim in natura hominis perfe-  
ctam obedientiam esse erga Deum. Cum autem  
natura hominis plena sit concupiscentia & malis  
affectionibus, facile intelligi potest, quod nemo legi  
Dei satisfaciat, quodq; omnes rei sint iræ Dei,

c iij quod

LOCI COMMV, PHILI. MELANTHI

quod ad infirmā naturā attinet. Additæ sunt deca  
logo cōmimationes et promissiones, sicut cerni po-  
test in primo et secūdo præcepto. Itē in quarto. In  
legibus enim oportet et poenas et præmia propo-  
ni, ac summa promissionum est in his uerbis alibi  
positis, Qui fecerit hæc uiuet in eis, seu hoc sic  
et uiues. Minarum summa est in his uerbis  
Maledictus qui non permanferit in omnibus que  
scripta sunt in lege.

Sed sciendum est omnes promissiones legis  
condicionales esse. Cum autem Lex semper ac-  
cuset nos, promissiones fierent irritæ, nisi ex Euau-  
golio haberemus consolationem, quod docet quare  
et quomodo ratæ sint etiam hæc promissiones le-  
gis, fiunt enim ratæ, quia cum pronunciamur in-  
sti gratis propter Christum, reputamur legem  
implere, uidelicet imputatiue. Ideo tunc promis-  
siones ratæ sunt, et præmia consequimur spiri-  
tualia et corporalia, tum in hac uita, tum post  
hanc uitam. Quid autem interfit inter Euangeli-  
um et legem, et legis promissiones, suo loco di-  
stincta corporales promissiones ratæ sunt, externa  
delicta comitantur manifestæ poenæ. Externam  
iusticiam

## SECUNDA TABVLA.

inficiam Deus præmis corporalibus ornat, sicut  
omnium gentium exempla, & sapientissimorum  
hominum sententiae testantur. Deus enim in mun-  
do conseruat politiam, quare poenas exequitur ip-  
se etiam cum cessant homines &c. Ideo diserte  
addidit corporale præmium quarto mandato quod  
politiam constituit, si uis esse longeius super  
terram &c.

Hactenus breuiter percurri decalogum.  
Dixi autem pertinere cum ad omnes gentes, quia  
sit Lex naturæ. Item, quia Euangelium cum præ-  
dicet nouam & spiritualem uitam, quæ est obe-  
dientia erga Deum, concionetur de iisdem ope-  
ribus. Quare nunc conferamus legem naturæ  
ad decalogum, et si propemodum hoc iam feci.  
Nam cum ordinem præceptorum ostendi, nemo  
non uidet naturam ipsam nobis & hunc ordinem,  
& ipsas leges prescribere, sed tamen addemus  
breuicm collationem.

## De Lege Naturæ.

**L**EX naturæ est noticia legis diuinæ naturæ  
hominis indita, nec est quicquā in tota rerum  
c iii naturæ

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

natura melius ac pulchrius, neq; ullum praesentia  
us Dei uestigium, quam quod Deus hanc suam  
effigiem & imaginem suae sapientiae humanis men-  
tibus imprestit. Dixi autem esse noticiam naturae  
inditam, quod sic intelligas. Sicut oculis lumen  
quoddam diuinitus inditum est, ita mentibus huma-  
nis insitas esse quasdam noticias seu lumen quoda-  
dam, quo per se agnoscunt & iudicant quedam  
Philosophi id lumen uocant noticiam principiorum,  
uocant uoluntas & uulnus & τερποληψεις. Et sicut  
ipsi de principijs speculatiis docent homines na-  
tura ea agnoscere & amplecti tanquam certissi-  
ma, ita de principijs practicis, hoc est de lege na-  
ture sentiendum est. Addidi autem legem natu-  
re noticiam esse legis diuinae. Hic sciendum est,  
in hac natura corrupta uicio originis legem na-  
ture ualde obscuratam esse. Homo enim condic-  
tus est praeipue ad agnoscendum Deum, & ad  
obedientiam perfectam erga Deum, ideo habuit  
noticiam firmam legis de Deo, scilicet, Deum esse  
conditorem & gubernatorem totius creature, bo-  
num ac iustum esse, benefacere iustis & punire  
iniustos. Haec sunt noticiae legis, & quia erant  
lumen naturae diuinitus insitum, ideo mens homi-  
nis adsentiebatur eis certo sine ulla dubitatione,

Junius filii has  
per mea misericordia

## DE LEGE NATVRAB.

Uires omnes perfecte obedire isti noticie<sup>e</sup> poterant, Præterea etiam alterum genus scilicet de colenda societate humani generis erat purum, intelligebant enim sine concupiscentia homines diligendos, iuuandos & tuendos esse, quia ad intelligentium Deum, & prædicandam eius gloriam in quadam uitæ societate conditi essent. Tota enim uita futura fuit quædam philosophia de Deo, & de præsentia eius in creatione & conservatione rerum. Erant futura exercitia fidei & dilectionis, talis debebat adhuc esse Lex naturæ. Sed nunc ita est obscurata, nascimur adferrentes obscurissimam quandam noticiam de Deo, cui tamen non certo assentiuntur mentes, perpetuo enim dubitant, utrum curet Deus humana, utrum benefaciat iustis. Vtrum puniat iniustos, Hec et si monent illæ naturales προλήψεις, tamen quia sunt obscure non assentiuntur homines, item executiuntur hominibus per alias contrarietas rationes. Vident impijs bene esse, vident summos atq; optimos viros per iniuriam opprimi. Ideo tum scelerum & calamitatum sit in mundo, quaerere disputant futuram fuisse meliorem administracionem atq; oconomiam mundi, si diuinitus regere

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

tur . Talia argumenta abducunt animos huma-  
nos quo minus assentiantur legi naturae . Noticie  
de societate humani generis et si etiam sunt obscura-  
tæ , tamen in his manent hæ quæ præcipiunt de ex-  
ternis officijs necessarijs ad uitæ conseruationem  
Et has colligunt philosophi , quæ et si sunt particu-  
la quædam legis naturae , tamen sciendum est , les-  
gem naturae debere intelligi longe maius & illu-  
strius lumen , & certissimam noticiam de Deo fu-  
isse . Constat autem etiam summorum hominum  
animos plenos esse errorum ac dubitationis de  
Deo , utrum curet nos , quare bonos affligi sinat , an-  
puniat improbos , unde sint hæ horribiles calamita-  
tes , quibus imbecillis hominum natura exercita-  
tur . Hæc certe non explicat philosophia . Deniq;  
ue quidem suspicari potest , quid sit perfecta obedi-  
entia erga Dcūm . Ita præcipuam partem legis  
naturae philosophia omittit , cum tamen in ipsa na-  
tura hominis etiam impressæ sint cause que mon-  
strant quod homines debent Deū agnoscere , ob-  
edire ei &c . Sed has causas non satis in-  
quirit philosophia , nec retinet questas propter  
illam infinitam dubitationem quæ hæret in ansi-  
mis hominum , sed querit causas quorundam offi-  
ciorum , quæ decent in moribus & ciuili societa-

## DE LEGE NATVRAE.

te. Et quia leges naturæ sunt principia & conclusiones necessaria consequentia ortæ ex principijs sciamus philosophorum sententias que habent demonstrationes esse leges nature. Et quia demonstrationes ordinem pariunt. Ideo nos quoque demonstrationes ordinem sequemur in recente propemodum eorum ordinem sendis legibus nature.

### Catalogus.

**Q**VANQ<sup>U</sup>VAM prima Lex de Deo obscurata est in animis hominum, tamen manet uestigia quedam. Cum enim homines nascantur cum quadam Dei noticia, natura ipsa iubet eos agnoscere Deum, idque ratio naturalis, hoc est conscientia in singulis hominibus clamitat & testatur esse Deum, conditorem totius naturæ, qui benefacit iustis & punit iniustos, & huic Deo conditori omnium rerum obedientum esse, cunquamq<sup>ue</sup> invocandum esse. Ac testantur ipsi conscientiae terrores qui existunt in hominibus, Deum minari poenam iniustis. Hec qualiacumque uestigia primæ legis adhuc extare constat, sicut & Paulus docet Rom. i. & . 2. Ideo & philosophi quidam in hauc sententiam de Deo grauiissimas rationes colligunt

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

gunt, ut Cicero de natura Deorum, item Xeno-  
phon, Hinc sunt etiam poctarum & legum latos  
tum sententiae quae uel ex hac naturali lege sen-  
noticia ortae sunt, uel certe sumptae à sanctis pa-  
tribus, qui legem recte intelligebant. Ab his uiden-  
tur propagatae sententiae ad posteros, quales ex-  
tant in Phocylide & Hesiodo, quorunt uterque  
affirmat Deum benefacere iustis & punire ini-  
stos. Roma. i. Paulus accusans gentes, etiam alle-  
gat principio hanc legem naturae quae iubet ag-  
noscerre Deum ac glorificare, hoc est timere cum  
& confidere ei. Est igitur haec prima naturae  
Lex, quam uidemus conuenire cum primo pre-  
cepto decalogi, quem Deus reuclauit, cum ut Lex  
naturae obsecurata uicio originis iterum renouata  
noce diuina extaret clarior, tum ut extaret te-  
stimoniun uerbi Dei, quod haec noticia naturalis  
sit Lex Dei, & ut sancti confirmarentur uerbo  
Dei, ne in hac imbecillitate naturae, aliquis falsa  
persuasio eos à naturali iudicio abduceret.

Ad secundum preceptum pertinent senten-  
cie & leges de religione iurisiurandi, de poenis  
periurij, de poenis eorum qui Dño maledicunt.  
Nam haec quoq; ratio naturalis iudicat. sequuntur

## CATALOGVS.

tur enim ex priore lege hæ sententiae.

Ad tertium pertinent sententiæ & leges de ceremonijs conseruandis & defendendis. Nam & natura docet exercendas esse ceremonias & conseruandas, ut alios de religione doceamus, propositis his exemplis ac signis. Ideo iniure iurando quod dabant Athenienses cum ascriberentur inter ciues erant hæc uerba. Pugnabo pro se & solus & una cum alijs ciuibus. Est & hac ceremonia maxime consentiens naturæ quam precipit Hesiodus, ut mane & uestperi Deum inuenimus. ή μὲν ὁ τὸ εὐρέχη, ποὺ δὲ τὸ φάεος ἱεροπού. <sup>et quædo in me. b  
Socratis et qd  
Ennius facio in  
dico</sup> Huiusmodi sancta instituta multa reperiuntur, et in gentium politijs quæ orta sunt ex hac naturali noticia legis de Deo, et si gentes quæ non norant Euangelium non recte lege uti poterant. Lex enim, quia semper accusat, relinquit conscientias dubitantes, an Deus sit nobis placatus, an uelit exaudire. At Euangelium quia docet nobis Deū gratis placatum esse, hanc dubitationem eximit. Nō potest autē Deus coli cum dubitatione, requirit n. fidem. Hoc eo dicendum est, ut sciamus quid defuerit illis summis uiris Xenophonti, Cicero & similibus, norant enim legem & promisconoices

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

ones condicionales legis . Sed quia promissionem  
gratuitæ reconciliationis , hoc est , Euangelium  
non norant, ideo hæsit in cis dubitatio, utrum De-  
us esset eis placatus, utrum Deus eos exaudiret.  
Ego quid istis defuerit ex Euangelio iudico, sicut  
debeo, quia sine Christi noticia non contingit sa-  
lus , non pronuncio quid Deus egerit cum eis,  
idq; curiosum est querere, tantum hæc eo dico,  
ut obseruetur discrimen Euangelij & legis natu-  
ræ, non nulli enim impie somniant Euangelium  
quoq; naturalem noticiam seu legem nature esse,  
qua in re perniciose erratur , Paulus uocat Euan-  
gelium mysterium absconditum à seculis , uocat  
sapientiam non huius mundi neq; principium  
huius mundi . Ioan. inquit . Neum no-  
mo uidit unquam, Filius qui est in sinu pa-  
tris ipse enarrauit nobis . Est igitur Euangeli-  
um sententia de uoluntate Dei ignota ratione, uo-  
camus enim propriæ Euangelium promissionem,  
quod Deus propter Christum gratis uelit ignosce-  
re & iustificare , hæc sententia adeo non est no-  
ta rationi ut maxime dissentiat ratio, quæ habe-  
quandam legis noticiam . Ideoq; sentit nos pro-  
nunciari iustos non gratis, sed si legi satisfeceris  
mus, non potest statuere quod indigni & qui legi

## CATALOGVS.

non satis faciunt placent Deo. Quare maximum est certamen conscientiae & rationi cum hac ipsa uoce Euangeli. Ac difficile est consolari conscientiam uoce Euangeli in illo certamine aduersus istam naturae insitam persuasionem.

Hec obiter dicenda fuerunt, ne commiscentur Lex naturae & Euangeli. Recitaui autem hactenus leges naturae quae ad primam tabulam pertinent, nunc leges secundae tabulæ resenso que sunt aliquanto illustriores, quia precipiunt de ciuilibus moribus, quos ratio magis indicare potest.

Sit igitur quarta Lex. Homo naturaliter intelligit uirtutem, ac sentit uirtutem expetendam esse propter Deum, non tantum utilitatis caussa, ideo intelligit contra naturam esse iniurias, uerbos concubitus, & cetera uicia. Quare statuit iuris probheri possint, ut colli societas quæ necessaria est ad docendos & iuuandos homines, statuit imperia constituenda esse, & imperijs obediendum esse. Hec igitur Lex conuenit cum quarto precepto. Estq; prima politica uirtus obedientia. Proxima Lex deinde est, Neminem lede re. Non

LOCI 'COMMV. PHILIP. MELANTH.

re . Non enim potest conseruari societas , si ne  
mo aduersus iniurias tutus sit . Hæc Lex conue-  
nit cum quinta lege . Non occides , Pertinent au-  
tem huc & ceteræ leges necessariae ad societas  
tem conseruandam , uidelicet , de beneficis ,  
& gratitudine . Item de iusticia quæ punit no-  
centes . Ratio enim naturalis intelligit membra  
noxia tollenda esse , ut consulatur uniuerso corpo-  
ri . Ideo poenæ proponuntur in imperijs , quarum  
metu deterreantur imprebi ab inferendis iniur-  
ijs . Estq; maxime secundum naturam Lex Tâ-  
tionis , uidelicet ut sit par pena delicto iuxta uer-  
siculum quæ citat Aristoteles ex legib. Rhadamat.  
*Si paret ea quæ  
fuit suppeditum  
intra dies  
& efforciatur*

Ad sextum præceptum pertinet , quod iam  
dixi de connubijs . Intelligit enim ratio uagos con-  
cubitus contra naturam esse . Intelligit stupra et  
adulteria in honesta ac punicnda esse . Item , uere  
cundiam & moderationem in uoluptatibus maxia-  
me conuenire naturæ hominis .

Ad septimum præceptum pertinet rerum  
diuisio . Quia enim in tantis hominum cupiditat-  
ibus non possunt homines communiter frui rebus ,  
ideo uidet ratio necessariam esse dominiorum di-  
stinctionem . Est itaq; iuris naturalis dominio-

## CATALOGVS.

rum distinctio. Quia ius naturale proprie signifi-  
cat naturale iudicium rationis, id philosophi uo-  
cant ius naturæ, sëpe etiam iureconsulti sic lo-  
quuntur. Sed quod frequentius dicunt distinctio  
nem dominiorum esse iuris gentium, idem plane  
volunt. Nam ius gentium significat ipsis, commu-  
nem sensum hominum, hoc est, commune iudici-  
um rationis. Cum autem dicunt iure naturæ om-  
nia communia esse, gradus faciunt iuris naturæ,  
intelligunt enim res, quod ad ipsarum naturam  
attinet, potuisse communis esse, si hominum cu-  
piditates non perturbassent illam societatem. Ad-  
dant igitur alterum gradum iuris naturæ, quod  
conuenit ad eam naturam heminis qualis nunc  
est, id vocant ius gentium. Philosophi hæc mul-  
to dexterius explicant. Nam cum ius naturæ sit  
totum naturale iudicium, multa continent in qui-  
bus alia sunt precepta summa quæ gubernant om-  
nes leges, aliæ sunt leges inferiores, quæ intera-  
dum cedunt superioribus. Aliud itaq; est iudici-  
um immutabile, aliud rerum usus, qui uariat pro  
uarietate circumstantiarum. Quare cum di-  
cunt ius naturæ immutabile esse, de toto iudicio  
naturæ intelligatur, non de usu earum rerum quæ  
sua natura sunt indifferentes. Porro ratio non  
simpliciter

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

simpliciter statuit tantum oportere res communes esse, sed mirumq; iudicat ubi concedenda communio ubi non sit concedenda . Ita usus rerum mutatur , non mutatur iudicium naturæ . Imo cum iam ratio pronunciet in tali naturæ distinctionem dominiorum necessariam esse, id ius nunc immutabile est . Ex his intelligi potest, distinctionem dominiorum uere ex proprie iuris naturæ esse . Cæterum quia in hac uita opus est multis ac uarijs rebus manet communicatio quæ fit ratione & per contractus, id quoq; est iuri naturæ hoc est, ratio naturalis docet, ut ita contrahamus ut fiat compensatio , & ut in compensatione seruetur æqualitas . Sed rejiciamus hæc philosophos . Valde autem hic reprehendenda est stulticia quorundam, qui solumniant in Euanglio distinctionem dominiorum aut prohiberi uite superari . Nam iniuriam faciunt Euangelio, qui eiusmodi fanaticas & sediciosas opiniones auctoritate Euangelijs tueri uolunt . Euangeliū enim docet de eterna quadam uita ac iustitia Christi, non corrumpit corporalem uitam, nec ablet naturæ iudicium de uita corporali conseruanda , nec damnat politiam & oeconomiam Cœt. Ideo explodendæ sunt uoces non solum Platonis,

## DECALOGVS.

qui communionem laudat contra iudicium rationis, sed etiam theologorum, qui illam Platonice communionem putant in Evangelio, aut probari aut præcipi.

Ad octauum preceptum pertinet ueritas pactorum & testimoniorum. Constat autem mendacium maxime esse contra naturam hominis, & infinitis modis humano generi perniciosum. Ideo facile intelligi potest iuris naturæ esse ueritatem esse in pactis, in testimoniosis, in iudiciis &c. Atq; hæ sunt præcipue leges secundæ tabulae. Absoluimus enim totam politiam atq; oeconomicam, magistratus, iniuriarum prohibitionem, coniugia, dominiorum distinctionem, pactorum & testimoniorum fidem. Hæ sunt in politia res præcipue & continent omnes bonos mores. Nam ex hoc naturali iudicio leges in ciuitatibus ortæ sunt de bonis moribus. Et pulcherrima est forma ciuitatis in qua leges nō discedunt ab illo recto naturali iudicio, sicut Aristoteles eleganter inquit, una est formam ciuitatis optimam, eam uidelicet quam est secundum naturam. Cum autem accommodata uerimus leges naturæ ad decalogum, collatio ipsa ostendit legem naturæ in decalogo contineri,

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Et quidem aptissimo ordine proponi et quasdam  
leges magis declarari. Itaque decalogi appellatio  
ne plerumque utimur pro lege morali. Pertinet autem  
tem Lex naturae ut constat, ad omnium gentium  
homines. Est igitur eadem Lex moralis omnium  
temporum et omnium gentium. Quod autem  
Deus hanc legem naturae rursus sua uoce prouul  
gauit, confirmat nos ut sciamus uere haec opera  
ei placere. Hinc etiam discendum est, leges natu  
rae uere diuinæ esse, quare qui eas uiolant mor  
taliter peccant. Magna item dignitas est philosophie,  
et carum sententiarum, que hoc ius expi  
cant, et cum caussas in natura positas queruntur,  
monstrant uoluntatem Dei in natura scriptam.  
Quare reuerenter sentendum est de huiusmodi  
philosophia, que habet ueras demonstrationes, et  
de sententiis doctorum, que cum illis demonstra  
tionibus consentiunt.

De usu legis Diuinæ.

**S**VPEREST ut de usu legis diuinæ dicamus.  
Scriimus autem hic breviores, quia supra sic  
locus tractatus est, ubi disputatur quomodo Lex  
possibilis

## DE VSV LEGIS DIVINAE.

possibilis sit, seu quomodo legi possit obediri. Ac  
primum hic iterum monendum est lector, lege Dei  
requiri perfectam obedientiam humanæ naturæ.  
Porro cum hanc perfectam obedientiam non po-  
sit humana natura præstare, sequitur homines  
non pronunciari iustos coram Deo propter le-  
gem. Semper enim haeret in natura peccatum,  
Paulus igitur detrahit legi iustificationem in hac  
corrupta natura. Hoc n. ic breuiter monere volui  
de usibus legis diuinæ, ne legi tribuatur iustifica-  
tio. Postea cum hic locus integre tractandus est.  
Quæ sunt igitur legis officia in hac corrupta na-  
tura? Supre recensui tria, Primum est ciuile,  
videlicet ut cohercet omnes homines discipina-  
quadam, de hoc officio loquitur Paulus cum ait.  
Lex est iniustis posita, id est Deus coherceri  
nult etiam impios ne externa delicta committant.  
Et ad hanc disciplinam ordinauit magistratus,  
legem, doctrinam, penas, calamitates humanas.  
Huc pertinet etiam dictum Pauli, Lex est peda-  
gogus in Christum. Magna autem laus est discipli-  
ne quæ uocat eam pedagogiam in Christum.  
Quia institutio bona assuetatio ex disciplina  
inuitant ad audiendum & discendum Euangeliū.  
h.e magnæ laudes ingenia moderata inci-  
d iij tare

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

tare debent ut disciplinam non aspernentur, Dixi autem supra non assudam esse opinionem, quod talis disciplina mereatur remissionem peccatum.

Secundum officium ac proprium legis dinne & præcipuum est ostendere peccata, accusare, perterreficere & damnare conscientias. De hoc officio plerique loquitur Paulus, ut cum inquit, per legem cognitio peccati. Item Lex iram efficit. Item. Per legem peccatum fit excellenter reum. Item. Aculeus mortis peccatum, virtus autem peccati Lex, Hæ sententiae & similes docentes lege terreri conscientias, quia semper accusabimur & non solum accusat facta, sed ostendit clementiam & damnat naturalem imbecillitatem, ignorantem Dei, contemptum Dei, & similes affectus. Et cum uehementissime conantur homines sine notitia gratuita misericordie placare iram Dei, tamen nihil proficiunt, nisi ut magis magisq; dubitent, ac desperent. Videmus exemplum in Saule, qui quia sine fide querit salutem personificia & bona opera, tamen non potest acquiescere, sed dubitat ac desperat. Porro hunc usum non habet Lex in hominibus securis, sicut ait Paulus

## DE VSV LEGIS DIVINAB.

lus. Ego uiuebam aliquando sine lege , id est  
eram securus hypocrita. Verum postea perterre  
factus agnoui meam imbecillitatem , & mea pec-  
cata. Habuit hunc usum Lex in Dauid cum ob-  
iurgatus a propheta propter adulterium perterre-  
siceret. Deniq; contritio quam sic uocant in poe-  
nitentia ita clare intelligi potest, si sciamus eam  
huiusmodi ueros terrores esse. Sed docendi sunt  
homines, sunt homines de fine , quare hi terrores  
nobis incutiantur , uidelicet , Non ut pereamus ,  
sed ut agnoscamus nobis opus esse misericordia  
& beneficio Christi , Sicut & Paulus ait Con-  
clusit Deus omnes sub peccatum, ut omnium mi-  
scetur. Ingens in hac sententia consolatio est.  
Concludi sub peccato , hoc est accusari nos non  
ut pereamus , sed ut misericordiam queramus .  
Et ut singuli sciamus , tantam consolationem ad nos  
pertinere , addita est particula uniuersalis. Con-  
clusit omnes , ut omnium misercatur .

Tertium officium legis in his qui sunt fide-  
listi , est ut & doceat eos de bonis operibus , que  
nam opera Deo placent & præcipiat certa  
opera in quibus obedientiam erga Deum exerce-  
ant. Etsi n. liberi sumus , a lege quod ad iustificati-  
onem attinet , tamen quod ad obedientiam

LOCI COMMY. PHILIP. MELANTH

attinet, manet Lex. Nam iustificatos necesse est  
obedire Deo. Et quidem incipiunt aliqua ex par-  
te facere legem. Et placet illa inchoata obediens  
propter ea qui a personae placent propter Chri-  
stum. Hec satis sit hic admonuisse de legis iusta-  
ceu officiu. Nam cum de iustificatione dicimus,  
de secundo usu legis, iterum dicendum erit. Ter-  
tius usus repetetur in loco de operibus, item, ab  
abrogatione legis.

De discrimine præceptorum &  
Consiliorum.

**Q**VIDAM finxerunt in Euangeliis  
consilia esse de non vindicando, de  
paupertate, de virginitate, Et quidem pu-  
tant in Euangeliis doceri hoc finc, quod hec opes  
ra magis mereantur reconciliationem quam alia  
opera. Deinde fingunt hec opera perfectionem  
esse. Sed haec sunt plena errorum & superstis-  
tionum, una est Lex Dei, que nihil nisi præcepta  
continet. Et Christi concio Mathei. 5. legis in-  
terpretatio est, Christus enim id agit ut ostendat  
in lege requiri perfectam obedientiam, Quare

## DE DISCRIMINE PRAECEPTORVM

tum odia, concupiscentiam, cupiditatem vindictæ  
prohibet, non adfert quedam noua consilia, sed  
ipsam legem Dei interpretatur & præcepta tra-  
dit. Lex enim ut Paulus ait spiritualis est, conti-  
nens motus spirituales. Etsi enim non possumus  
illis satisfacere, tamen cognoscere oportet, ut sci-  
amus nobis opus esse misericordia. Item, ut alii  
qua ex parte proficiamus. Verba Christi clare  
testantur hec præcepta esse, quia addunt pœ-  
nam eternam. Qui irascitur fratri suo, reus  
erit iudicij &c. Item. Omnis qui uidet mulie-  
rem ad concupiscendam eam, iam moechatus est  
in corde &c.

Postea loci de vindicta etiam sunt præcep-  
tia. Prohibent enim vindictam priuatam, hoc est,  
cupiditatem vindictæ, & eam vindictam quæ  
fit sine auctoritate magistratus. Neq; uero tol-  
lunt publicam vindictam, quæ exercetur per ma-  
gistratum. Quia enim constat Euangelio non  
aboleri magistratus, sed multo magis confirma-  
ri, ut testatur Paulus Roma. 13. Necesse est in  
illis Christi sententiis tantum prohiberi vindictam  
priuatam, Itaq; utrumq; præceptum est, Ma-  
gistrati præcipitur ut exerceat vindictam iux-

d p tal legem

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

ta legem. E contra priuatis prohibetur ne exerceant uindictam. Vide igitur quam absurdum sit quod dicunt, consilia esse sententias de uindicta. Nam si consilium est, ut ipsi uolunt, licet priuatim arma capere & uindictam exercere, Ita omnia erunt plena seditionum ex nihil opus est magistratibus. E contra, si magistratus putabit sibi consilium dari, ne exerceat uindictam non puniet sontes, negliget suū officium, aut certe non faciet bona conscientia. Nam bona opera debent habere mandata Dei, ut scianus ea Deo placere, & fiducia mandati diuini ea suscipiamus. Atq; ita accidit, multos male cruciant conscientia in magistratibus dubitantes, utrum hoc uitæ genus Deo placeret. Rejicienda est igitur haec absurdæ & sediciose opinio, que docet consilium esse de uindicta, & prudenter tenendum discrimen publicæ & priuatæ uindictæ, ut magistratus sciant, se necessario officium suum facere debere. Item, ut sciant, Deo placere officij administrationem. Deinde, ut priuatim omnes discamus, requiri à nobis ut tolleramus iniurias. Deus enim inquit. Mibi uindictam & ego retribuam. Sicut igitur Deo laus sapientie, iusticie fortitudinis proprie competit,

DE DISCRI. PRAEBEP. ET CONSILIO.

ita debetur ei laus uindicis tanquam iudici. Ac publica quidem uindicta est diuina, est enim ordinata diuinitus. Sed priuatim discamus Deo laudem cedere uindicis, & assuefacionem nos summo studio & summa contentione ad patientiam ad dissimulandas & perferendas iniurias, hanc uirtutem priuatam commendant & precipiunt tales loci de uindicta, & imaginem huius uirtutis uidemus in Christo. Quare nobis & precepta & exempla patientie ipsius proponamus, & summa ui reprimamus cupiditatem uindictae ardenter in hac imbecilli natura.

Hæc uirtus est cultus Deo gratissimus, & est necessaria ad concordiam ecclesiæ, & rerum politicarum conseruandam. Nam & in ecclesia, & in omnibus imperijs maximi tumultus orti sunt, nulla alia ex causa nisi ex cupiditate uindictæ. Et existit hic furor precipue in ambiosis ingenij. Discamus igitur maximas res precipi, cum Christus de uindicta concionatur, non cludamus sanctissima precepta illo frigido commento de consilio. Ac nostra sententia cum ad uitam spiritualem, tum ad ciuilem utilis est, munit enim tranquillitatem rerum publicarum. Nā et Christus tocies idē inculcat

Apostoli

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Apostolis ne vindicent, ut eximat eis falsam persuasione quam habebant de regno Christi. Protabant enim se ut domitis gentibus occupatus esse regna mundi. Ab hoc errore reuocat eos Christus cum ipsis, uidelicet priuatis qui no[n] gerebant magistratus, prohibet vindictam.

Vulgare dictum est. Vim ui repellere ius natura concedit. Id dictum nonnulli reprehendunt, tanquam pugnet cum Euanglio. Ego uero saepc iam dixi Euangilio non abolcri legem naturae & politicas ordinationes. Quare non pugnat Euangelium cum hac uoce, vim ui depellere iuris naturae est, si modo recte intelligatur. Debet enim ad vindictam publicam, hoc est ad officium magistratus accommodari. Magistratus uim ui depellit, cum latrociniis depellit armis & bello. Neq; enim concedit id dictum priuatis mouere sediciones, sed ex ordine & modo concedit uim ui depellere, quem magistratus prescribit. Nam illa ipsa ordinatio est legis naturae, uidelicet, ut sint magistratus. Quorsum autem opus esset magistratibus, si simili priuati vindictam exerceremus. Hoc satis sit de vindicta admonuisse, & ut praecipit

## DE DISCRI. PRAECEP. ET CONSILIO.

precepta Dei plane intelligantur, & ut sci-  
mus in Euangelio non aboleri, aut damna-  
ri politicas ordinationes. Porro de magistratu  
& suis officiis suo loco dicemus.

## De Paupertate.

**N**VNC de paupertate. Euangelium neq;  
præcipit neq; consulit discedere à faculta-  
tibus, aut res in commune conferre. Imò quia  
approbat politicas ordinationes, simul etiam di-  
uisionem rerum & proprietatem approbat.  
Ita sciant pii se suas res ordinatione diuina  
tenere, & hanc proprietatem Deo place-  
re. Ceterum Euangelium præcipit libera-  
liter iuuare egentes, & præmia ingentia cor-  
poralia & spiritualia pro hac liberalitate polli-  
cetur, sicut Christus inquit. Date & dabitur  
vobis. 2. Corinth. 9. Qui parce seminat, parce  
metet. Sequamur igitur elegantissimum Solomo-  
nis præceptum, qui in proverbiis cap. 5. ait. Bibe  
quam è tuis fontibus, & tui fontis riuiulos bibe.  
Fontes tui foras deriuentur, & ripe effluant  
in plateas. At tu dominus esto horum solus, non  
alieni tecum, benedicetur enim fontibus tuis.

Libe

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Libet enim hunc locum propter suavitatem si-  
guræ recitare in qua pulcherrime pingitur ho-  
na pars œconomiae, iubet enim nos tenere res nos-  
stras, & nostris frui, non rapere ex alieno, & pro-  
prietatem egregie ornat cum inquit. Tu dominus  
horum es tu, non alieni tecum. Et tamen uile ex  
nostris fontibus foras duci riuiulos, hoc est,  
quisq; ex fructibus sui fundi aut fortunis suis la-  
giatur egentibus, sed ita ut fundum retineat  
nec redigatur ad mendicitatem, sicut & Pa-  
lus iubet ita largiri, ne egemus ipsi, neque ignari  
nostra liberalitate abutantur &c.

Hæc est simplex & germana sententia  
Euangelij de hoc negocio. Si qui autem ci-  
tantur pro Platonica communione, ad hos ne-  
cessè est primum conferrre alios, qui approbant  
proprietatem. Deinde summa Euangelij confide-  
randa est, quod uidelicet doceat de rebus æternis,  
de quadam æterna iusticia interiori ac uita æter-  
na, que non pertinet ad corporalem uitam, ideo  
non abolet legem & res politicas, que corpora  
regunt & tacentur. Ex huiusmodi principijs fa-  
cile est sumere interpretationem locorum qui  
habent

## DE PAUPERTATE.

habent ali quam questionem.

Confirmant autem proprietatem multa  
testimonia, licet enim habere diuicias ut testa-  
tur Christus in Euangclio. Item Paulus  
1. Thimo. 6. Item. 1 Corinthiorum. 7. concedit  
empiones &c. Item reges possunt esse p[ri]i.  
At regna sine opibus teneri non possunt, sed  
non est opus longa disputatione, cum ea quae  
iuris naturae sunt, non sint mutabilia, nec  
ordinatio de distinctione dominiorum mutari  
potest. Ratio enim naturalis docet eam in  
hoc statu generis humani necessariam esse.  
Nam etiamsi una aliqua familia rebus commu-  
niter uti potest, tamen ille coetus habet  
proprium, et arcet ab iis rebus alienos.  
Monasteriorum opes defendit magistratus, & in-  
dicat eas esse monachorum proprias, ludunt igi-  
tur tantum inanibus uerbis, qui negant se habere  
proprium. Nam ordinatio ipsa naturae non potest  
mutari. Deinde paupertas non debet intelligi men-  
dicitas. Nam mendicitas in osiosis & robustis pec-  
catum est, ut Paulus docet ad Thessaloni. Qui non  
laborat non manducet. Ex his omnib. sequitur neq[ue]  
consilium

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

consilium neq; p̄ceptum esse discedere à facultatibus , aut conferre res in cōmune. Imo multo magis docet Euangeliū uti ordinatione ciuili de dijunctione dominiorū . Sed paupertas Euangelica est spiritualis. hoc est tenere facultates quæ Dei beneficio contingunt nobis , sine auaritia , sine superbia , id est , sine fiducia opum , item sine impietate hoc est , cum periclitantur in confessione Euangeliū ut opes amittere malimus quam abijcere Euangeliū . Complectitur & patientiam , cum crip- tuntur , aut cum aliquo casu percident , ne tunc fortunarum desiderio irascamur Deo , aut faciamus aliquid contra mandata Dei , sed propter Deum aequo animo feramus eam iniuriam aut casum . Ita in summis opibus pauperes spiritu fuerunt , Abraham , Dauid , Iob & alijs multi . Nam sine auaricia , sine superbia atq; impietate restenuerunt . Item præsiterunt patientiam amissis facultatibus .

Hic obseruandum est etiam duplēcēm desctionem esse facultatum . Altera fit nostra cōfessione sine mandato Dei & sine uocatione , ut si quis diuē suum patrimonium uolens deserat ut sine cogente , talis descriptio non laudatur in Euangeliō

## DE PAUPERTATE.

Evangeliō. Et error est talem desertionem suscipere tanquam cultum Dei, sicut Christus testatur. Frustra colunt me mandatis hominum. Alio est desertio facultatum, quae habet mandatum Dei & uocationem, ut cum Tyranni cogunt aut facultates amittere aut deficere ab Euangeliō. Hic laudat Christus facultatum desertionem, cum inquit. Qui reliquerit agrum, domum &c. propter Euangeliū, addit enim propter Euangeliū, id est, confessionem Euangeliū, & tantum laudat desertiōem quae habet uocationem, id apparet ex eo, quia iubet etiam parentes, coniugem, liberos, imo etiam uitam deserere. Ut igitur non laudat eos, qui deserunt coniugem & liberos aut qui sibi ipsis uitam eripiunt, ita non laudat deserentes patrimonia sine mandato Dei &c.

## De castitate.

Scriptura multis grauiſsimis concionibus prohibet, scortationem, adulteria, & similes libidines. Est autem castitas non solum uirginum sed etiam coniugum. Nam & coniugium est digna ordinatio, & omnes qui nō continent, man-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

datum habent ut coniugio utantur. Sicut Paulus  
inquit. Propter fornicationem unusquisque suam  
uxorem habeat, & usum coniugij honorifica ap-  
pellatione ornat cum addit. Vir uxori debitam  
benevolentiam reddat. Est igitur castitas, non  
tantum virginitas, sed etiam coniugum modera-  
ta consuetudo. Hæc ideo præfari necesse est, ut  
meminerimus ordinatione Dei sancte utendum  
esse, & damnandos esse fanaticos spiritus, qui ne-  
gant coniugium cōcessum esse Christianis. Tales  
olim multi fuerunt, ut Tacianus, Hierax, Sed  
monachi et si non uolunt uideri damnare coniu-  
gium, tamen ualde deformant, docent virginitas  
tem consuli, & perfectionem ac mundiciem esse,  
quasi coniugium sit immundicies. Et non leviter  
perturbauerunt imperitas conscientias. Hic pri-  
mum sciamus non præcipi virginitatem. Demde  
concedendum est, quod Paulus det consilium de  
virginitate conseruanda, sed hic prudenter iudi-  
candum est. Non enim sentit Paulus ullos magis  
mereri iustificationem propter virginitatem qua-  
propter coniugium, utriq; & coniuges & vir-  
gines statuere debent se per misericordiam ius-  
tos id est, acceptos esse propter Christum, non  
propter dignitatem coniugij aut virginitatis.  
Est igitur

## DE CASTITATE.

Et igitur uana fiducia monachorum, qui somniunt se magis mereri remissionem peccatorum & iustificationem suo cœl batu, quam reliquos homines. Multo magis errant, quod fingunt illum coelatum perfectionem esse Euangelicam, fuerunt enim perfectiores multi coniuges, ut Abram, Isaac, David, Esaias, quam plereq; uirgines. Nam perfectio Euangelica est spiritualis, hoc est, est magis magisq; agnoscere nostram immortalitatem, perterrefieri, & e contra fide eripi. In talibus exercicijs uersatur perfectio, si quæ sic uocanda. Sed Paulus laudat & suadet virginitatem propter politicum finem, scilicet ut expeditiores simus ad discendum, docendum et obvnda ministeria Ecclesiastica, propter hos fines laudat etiam Christus coelibus cum inquit. Qui se castrauerūt propter Euangelium, hoc est, discendi & docendi causa. Verum est enim quod inquit Paulus, Cœlebs curat ea quæ sunt domini, ne domino placeat, Etenim non solum œconomia & cure, sed multo magis alia quædam abducunt a conspectu calamitatum Ecclesie, & interturnabant studia discentium ac docentium. Ideo quæ ad ministeria Ecclesiastica uocantur, si afficiuntur Ecclesiæ calamitatibus, si creris sui magnitudinem

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

tudinem animo metentur, si cogitabunt quā  
difficilis sit explicatio dogmatum, & gubernatio  
Ecclesie, hæ curæ ac miserie facile excutient  
eis cogitationes de coniugio. Sed mundus prepo-  
stere iudicat, coelibatum supersticiose miratur,  
tanquam singularem cultum Dei, & opus exi-  
mium, quod magis mereatur remissionem peccas-  
torum & iustificationem, interim nihil afficitur  
cura studiorum aut misericordiarum Ecclesiasticarū.  
Ita coelibatum amplectitur, non alienæ utilitatis  
caussa aut studiorum caussa, sed per superstitio-  
nem. At rectius erat laudare uirginitatem stu-  
diorum caussa, aut alienæ utilitatis caussa. Rerū  
est enim maxima & omnium longe difficultas  
gubernatio Ecclesiarum. Nam & doctrina ipsa  
difficilis est, & mirabiliter exercet studiosos.  
Est & ipsa explicatio plena difficultatis, Et hos  
labores uix sustinere animus occupatus domesti-  
cis cogitationibus potest. Ideo Paulus itahorta-  
tur ad uirginitatem, ut primum admoneat, ne  
quid faciamus indecorum. Deinde ut assidue do-  
mino seruire possumus. Primum enim requirit,  
ne quid faciamus indecorum, hoc est, ut si quis  
non possit continere potius ducat uxorem, ne su-  
auctor alicuius turpis exempli. Deinde si cōtinet,  
ne con-

## DE CASTITATE.

Et cōferat cōlibatū ad hunc finem, ut seruiat affi-  
due Domino, hoc est, magis uerſetur in discendo,  
docendo, cura atq; cogitatione calamitatum Ec-  
clesiae, item in precationibus, quām alijs intricati  
pluribus negocijs. Sed quia non omnes sunt pari-  
ter idonei ad cōlibatum, prudenter monet, ne  
quid faciamus indecorum. Ex his apparet et con-  
iungum approbari, & tamen dari consilium de  
virginitate, apparet item quo fine laudetur uir-  
ginitas, uidelicet, non ut mercatur remissionem  
peccatorum aut iustificationem, sed quod sit opus  
bonum, & ad studia, precationes, & ad serui-  
endum Ecclesiae uile. Itaq; cōlibes explorent  
suas uires, & diligenter connitantur ut pure  
uiuant. Ea uirtus habet etiam sua præmia, non-  
nullos dono præditos interdum inuitant ocium &  
luxus, ideo adhibenda est abstinentia, & animus  
studij intendendus. Qui uero ruunt in libidines  
contra præcepta Dei, hi meminerint & se ipsos.  
Deo poenas datus esse, & sēpc ipsorum caussæ  
plesti uniuersas respuplicas, sicut testatur Sodo-  
morum historia. Item Deus inquit se Chananeos  
deleturum esse propter uagas libidines, hæc  
etiam allegatur caussa diluuij. Et Paulus signi-  
ficit libidinū poenas esse cæcitatem et amentiam.

LOCI COMMV. PHILI. MELANTH.

seu carnalem securitatem, Ephe. 4. ubi inquit,  
Qui cum dedoluissent tradiderunt se impudicis  
cie, hic enim tribuit impudicis stuporem seu se  
mentiam, qua securi contemnunt minas et omnes  
res diuinas, atq; ita ruunt in exicum. Idem in  
quit Oseas. Fornicatio, uinum, & ebrietas  
aufcrunt cor.

DE EVANGELIO.

**V**ocabulum Euangeli extat in uetus sibi  
mis autoribus græcis. Nam apud Homere  
sum significat præmium quod datur leta nunc  
cianti. Odysseæ, §. Εὐαγγέλιον de uol. ६५.  
Et apud Aristophanem & Isocratem Εὐαγγέλιο  
δύρη, significat sacrificium quod siebat, cum  
res bene ac feliciter gestæ nunciabantur. Apo-  
stoli usurparunt pro ipsa beneficij annunciatione.  
Et fuit opus noua appellatione, ut discriminaretur  
legem & hanc nouam doctrinam esset insignis.  
Primum igitur magnopere opus est considerare,  
quid inter legem & Euangelium intersit. Ne  
singimus hic ociosas aut argutas magis quam  
necessarias distinctiones. Certe enim necesse est  
discerni

## DE EVANGELIO.

discerni precepta & remissionem peccatorum,  
discerni præcepta et promissiones. Item promissio-  
nem gratuitam a promissionibus quæ non sunt  
gratuitæ. Est autem Lex ut supra dictum est  
doctrina requirens perfectam obedientiam, non  
remitit gratis peccata, non pronunciat iustos,  
id est, acceptos Deo, nisi si legi satisfactum sit.  
Et quanquam habet promissiones, tamen ha- re-  
quirunt conditionem impletæ legis. Econtra  
Euangelium et si concionatur de pœnitentia, &  
de bonis operibus, tamen continet promissionem  
beneficij Christi, quæ est propria & præcipua  
Euangelij doctrina & sciungenda a lege, gratis  
enim remittit peccata, & pronunciat nos iustos  
etiam si legi non satisfacimus. Quomodo autem  
bac consentiant, quod Euangelium pariter de  
pœnitentia concionatur, & lege, Et tamen pro-  
missio sit gratuita, statim exponemus. Prius enim  
monendus est lector, ut discriminem promissionum  
obseruet. Habet enim Lex promissiones.

Sed sciendum est duplices esse promissiones  
in scripturis diuinis. Quædam sunt additæ legi,  
& habent conditionem legis, hoc est, exhibentur  
propter impletionem legis. Tales sunt promissio-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

nes legis. Lex docet Deum bonum & misericordem esse, sed his qui sunt sine peccato. Idem docet & humana ratio, habet enim ratio quandam noticiam legis. Hic se ipse quisq; consulat, deprehendet enim naturaliter se ita iudicare de Deo, quod sit misericors, sed tantum dignis, hoc est, his qui sunt sine peccato, nec potest statuere se ipsum placere Deo, cum sit indignus & immundus. Ita Lex & promissiones legis cum sint conditionales relinquunt conscientias in dubitatione.

Alia est promissio Euangeli propriæ, quæ non habet conditionem legis, tanquam easdem, hoc est, non promittit propter impletam legem, sed gratis propter Christum. Hæc est promissio remissionis peccatorum, seu reconciliationis, seu iustificationis, de qua concionatur præcipue Euangelium. Ut enim hæc beneficia essent certa, non pendent ex conditione impletæ legis. Si enim sentiendum esset, tunc demum nos habere remissionem peccatorum, cum legi satisfecissimus, desperanda esset remissio peccatorum. Ideo gratis donantur remissio, & reconciliatio seu iustificatio, hoc est, non propter nostram dignitatem. Et tamen oportuit esse aliquam uictimam pro nobis.

## DE EVANGELIO.

Ideo Christus donatus est nobis, & factus est ho-  
stia, ut propter ipsum certo statuamus nos place-  
re patri.

Est itaq; hæc Euangelica promissio recon-  
ciliationis, legalium dissimilis, quia gratis polli-  
etur propter Christum. Ideoq; Paulus hanc par-  
ticulam nobis diligenter & sèpe inculcat, ut  
Rom. 4. Ideo gratis ex fide, ut sit firma promis-  
sio. Nam hæc particula, gratis propter Christū,  
sicut discriminem legis & Euangeli. Si enim non  
videamus hanc particulam de gratuita promissi-  
one, manet in animis dubitatio, & Euangeliū  
transformatur in legem, & nihil certiores redi-  
tus conscientias de remissione peccatorum seu iu-  
stificatione, quam Lex aut naturale iudicium ra-  
tionis. Sicut aduersarij nostri, et si uociferantur  
se docere Euangelium, tamen quia non docent de  
gratuita reconciliatione, relinquunt conscientias  
in dubitatione, & pro Euangeliō docent legem,  
aut Hesiodum, hoc est, iudicium naturale ratio-  
nis. Ergo intendenda mens est atq; oculi in hanc  
particulam. Gratis. Ideo enim necesse est de gra-  
tuia promissione docere, ut cōsciencij eximatur  
dubitatio, ut habeant firmam consolationem in  
meritis terroribus. In his n. uere iudicari potest,

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

quam sit opus hac gratuita promissione, & ad  
hoc certamen, hac doctrina maxime referenda  
est.

Illud autem sciendum est, promissionem o-  
portere fide accipi. Id Paulus docet Rom. +. Et  
Iohan. ait. Qui non credit Deo, mendacem facit  
eum &c. Proinde particula gratis, non exclus-  
dit fidem, sed conditionem nostrae dignitatis ex-  
cludit, & transfert caussam beneficij a nobis in  
Christum. Itaq; neq; obedientiam nostram exclu-  
dit, tantum caussam beneficij a dignitate nostra  
obedientie transfert in Christum, ut beneficium  
sit certum. Concionatur igitur Euangelium de  
poenitentia, sed, ut certa sit reconciliatio, docet  
remitti peccata, & nos placere Deo, non pro-  
pter dignitatem poenitentiae, aut nostrae nouita-  
tis. Hec est necessaria consolatio p̄ijs consci-  
entij. Atq; hinc iudicari potest, quomodo hoc  
consentiant, quod diximus Euangelium con-  
cionari de poenitentia, & tamen gratis promita  
lo post copiosius dicemus.

Definit itaq; Christus Euangelium Luke  
ultimo, plane ut artifex cum iubet docere pa-  
recitum

## DE EVANGELIO.

nitentiam & remissionem peccatorum in nomine  
suo. Est igitur Euangelium, prædicatio poeniten-  
tie, & promissio quam ratio non tenet naturali-  
ter, sed reuelata diuinitus, in qua Deus pollicet-  
tur se propter Christum filium suum remittere  
peccata, & nos pronunciat iustos, id est acceptos,  
& donat Spiritum sanctum, et uitam æternam,  
modo ut credamus, hoc est, confidamus haec nobis  
propter Christum certo contingere. Atque haec  
gratis pollicetur, ut sint certa. Haec sit Euangelii  
definitio, in qua tribus membris complexi sumus  
beneficia Euangelii propria, scilicet, quod pro-  
pter Christum gratis remittantur peccata, quod  
gratis pronunciemur iusti, hoc est, reconciliati  
seu accepti, & heredes uitæ æternæ. Haec tria  
memoria paulo post explicabimus, Tantum hic  
memineris haec propria Euangelii beneficia esse,  
que alioqui uno uerbo iustificatiōis comprehen-  
suntur.

Quare opus est Euangelii pro-  
missione?

POSTquam natura humana oppresa-  
ta est peccato & morte, propter Adæ la-  
psum,

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

psum, etiamsi manet aliqua noticia legis, tamen  
quia hæret in natura peccatum, conscientie non  
possunt statuere de Dco quod uelit ignoscere, si  
nihil nisi legem audiant. Lex enim non docet  
gratis remitti peccata. Scimus autem nos nō sicut  
peccato esse, idq; maxime cernimus, cum iudicio  
Dei uere perterrefiunt mentes. Est igitur opus  
gratuita remissione, Idco Deus per misericordiam  
am reuelauit, se uelle nobis ignoscere, ac regni  
tuere uitam æternam, & addidit uictoriam pro  
nobis, scilicet filium suum, ut sciremus haec nobis  
propter filium donari, non propter dignitatem pro  
nostram aut merita nostra. Idq; Euangelium  
statim promissum ac reuelatum est post lapsum  
Adæ, ne decesset consolatio prime illi Ecclesie.

Estq; unum et idem Euangelium, quo omnes  
sancti ab initio mundi saluati sunt omnibus tem-  
poribus Adam, Noa, Abraham, Iacob, Prophe-  
te, Apostoli. Non est igitur imaginandum pas-  
tres lege naturæ saluatos esse, Iudeos lege Moysi,  
nos saluari nostra quadam lege. Imo una Lex ejus  
moralis omnium etatum, omnium gentium, nec  
supra diximus. Sed nec Patres, nec Iudei, nec  
Gentes, nec nos ideo saluamur quia legi satisfa-  
cimus.

## DE EVANGELII PROMISSIONE.

simus. Nemo enim legi satisfacit, Et Lex re-  
linquit dubitantes conscientias. Atq; hoc inter-  
est inter Patres & Xenophontem, Ciceronem ac  
similes viros optimos. Legem norunt utriq;. Sed  
Euangelium non norunt utriq;. Xenophon, Cice-  
ro, & similes dubitabant an Deo curae essent, an  
haberent Deum propicium, an exaudirentur a  
Deo. Etsi enim legem norant, tamen videbant  
se non esse innocentes, Lex autem docet Deum  
propicium esse his, qui sunt sine peccato. Ni-  
norant Euangelium de gratuita remissione pcc-  
atorum. Abraham uero, Iacob, & similes quia  
norant Euangelium, statubant sibi gratis remit-  
ti peccata, se habere Deum propicium, se Deo  
cure esse, se exaudiiri a Deo, etiam si essent in-  
digni. Ideo scriptum est, Abraham credidit Deo,  
& reputatum est ei ad iusticiam. Vna est Lex,  
& natura nota omnibus gentibus atq; etatibus.  
Est & unum Euangelium, sed non natura notum,  
verum reuelatum diuinitus. Ideo Paulus uocat  
mysterium absconditum, & Iohannes ait. Filius  
qui est in sinu patris ipse enarrauit nobis. Sed  
haec omnia erunt illustriora, cum dicemus paulo  
post de gratia, & de iustificatione.

Quid

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

Quia autem diximus idem Euangelium fuisse Patrum, uidendum est quoimodo statim in initio Euangelium reuelatum sit, ac citabo paucos quosdam locos, ad quos in lectione Prophetarum referri similes debent. Nam Euangelium paulatim clarius reuelatum est, & apparebit Prophetas prædicasse hanc gratuitam reconciliacionem. Promissio de Christo & beneficiis Christi primum reuelata est Adæ statim post lapsum, ut cum incidisset in iram Dei & mortem, haberet consolationem qua sciret & Deum rursum propicium esse, & fore, ut mors aliquando abolesetur. Nam haec duo beneficia clare proponit illa prima promissio, que eis subobscura uideatur, tamen Adæ in re presenti non fuit obscura. Inimicicias ponam inter te & mulierem, et inter semen tuum & illius semen, ipsum conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcanco eius. Mirabilis narratio est, & quæ impius ridicula & fabulosa uideri poscit, sed p[ro]p[ter] uident res maximas brevibus uerbis significatas esse. Describitur uero initio poena peccati, scilicet, quod propter peccatum Diabolus crudeli tyrannide uexatur genus humanum, uidelicet, peccatis & mortis, sicut ipsa mundi historia testatur, quæ tota in hac horribili

## DE EVANGELII PROMISSIONE.

horribili contione Adæ picta ostenditur. Deinde additur breuis descriptio regni Christi, futurum tamen esse, ut semen mulieris cōterat caput, hoc est regnum serpentis, hoc est, aboleat peccatum & mortem. Hac consolatione erigitur Adam, agnoscit se habere Deum placatum, et si uidet se indignum & immundum esse, uidet quid amiserit, sed expectat semen illud, quo amissa iustitia & uita æterna restituantur, hac fiducia misericordiae placet Deo. Et quod de sancto semine antithesis est, diabolum insidiaturum esse calcaneo, intelligit fore, ut & Christus & sancti affigantur in hac uita, et tamen uincant regnum diaboli.

Postea renouatur hec promissio ad Abram, In semine tuo benedicentur omnes gentes. significat n. omnes gentes iam malodictas esse, hoc est, Deum irasci omnibus gentibus, easq; oppressas esse peccato & morte, sed futurum, ut per Abram semen rursum ab his malis liberetur, atq; ita interpretantur hanc promissionem Ioh. Apostoli, ut constat ex Paulo et ex Actis. Preterea in eadem historia Abram, imago iustificationis, Deus consolatur Abraham, dicit.

• LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

dicit. Noli timere, Ego sum protector tuus. Adit item promissionem de semine. Huic uoci credit Abraham, hoc est, quanquam uidet & agnoscit se immundum & indignum esse, tamen statuit se habere Deum propicium, propter ipsius misericordiam & promissum semen, ita pronuntiatur iustus. Id exemplum docet nos promissionem & fide reconciliationem consequi. Fides autem inititur non nostra dignitate, sed tantum misericordia Dei.

Sequuntur paulatim multæ cōciones et exempla de remissione peccatorum, sed clarissimas sunt sententiae in Psalmis & Prophetis. In his clare passim proponitur Euangeliū. In Psalmis petit remissionem peccatorum propter misericordiam, non propter suam dignitatem seu meritum, Non intres in iudicium cum seruo tuo, quis non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuentis. Hæc certe non est legis concio, que misericordiam petit & confitetur peccatum, & quidam omnes condemnat, ut sciamus omnes gratis nobis remitti peccata. Item, Si iniquitates obseruari sis domine quis sustinebit. Item. Dixi confitebor aduersum me iniustiam meam, & tu remisis impictatum

## DE EVANGELII PROMISSIONE.

impia tem cordis mei. Item describit sacerdotem Christum, Tu es Sacerdos in aeternum. Testatur iuris bunc sacerdotem placaturum esse Deum, & reddituru esse aeternam iusticiam & aeternam beatam, quia uocat aeternum sacerdotem.

Et ad hanc sententiam de gratuita remissione accommodandi sunt similes loci in Psalmis. Ita enim dulcescent nobis suauissima carmina & firmam consolationem afferent. Nam si iudicabimus duas promissiones pendere ex nostra dignitate, cum Psalmi iubent nos letari, confidere misericordia, semper reclamabunt conscientie, nos indignos nihil pertinere has promissiones ad indignos. Quare aduersus haec ipsam dubitacionem erigen-  
dam est animus, & sciendum quod ille ipse uoces, que nos letari iubent, ideo propositae sint, ut me-  
reantur illi ipsi dubitationi conceptae ex nostra indignitate. Quod si sentiemus nobis promitti gratias reconciliationem, tum uere fides erit cer-  
ta, & uere gratulabimur nobis misericordiam,  
& Deo agemus gratias. Sed tanta est infirmitas  
& angustia humani animi, ut hanc magnitudi-  
nem misericordie non possit capere, ita oppressi  
fuitus opinione & iudicio legis, ut non possimus  
persuaderi

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

persuaderi de Euangelio , & omnibus & gratis offerri misericordiam. Quare fides perpetuo cum hac nostra infirmitate luctari debet, ut nos erigamus, et discamus Deo confidere, & cum uere invocare & colere.

Apud Esaiam mult.e sunt cōciones de Christo, de remissione peccatorū, de æterna uita. Cap. 53. clare testatur promitti remissionem peccatorum, & quidem propter Christum, non propter nostram dignitatem, Posuit Dominus in coinitus mereri remissionem peccatorum hostijs Luitis, testatur aliam hostiā restare, quæ uere sit ab initia peccatū, Ponet animam suam hostiam pro peccatis. Itcm, condemnat omnes, Omnes inquit errauimus, ut sciamus nos propter misericordiam non propter dignitatem nostram consequi beneficia Christi. Postremo addit clarissimum testimoniū, Noticia eius iustificabit multos, quod si certo statuendū est, nos ita iustos pronunciarē si agnoscamus Christum, hoc est, si agnoscamus nobis Deum nobis propiciū esse propter Christū. Ergo non erit dubitandum propter nostram dignitatem, non erit sentiendum nos esse iustos propter legem

## DE EVANGELII PROMISSIONE.

Per legem. Sed desino recitare plura testimonia,  
Hec enim exempli causa recensui, ut animad-  
vertant lectors in scripturis, quæ loca proprie-  
tate, quæ proprie de Euangelio concionentur,  
discrimen obseruent inter legem & promissio-  
nem Euangeli. Nam hi duo sunt precipui loci,  
& capita præcipua scripturæ, ad quæ omnes  
partes prudenter referendæ sunt.

Hactenus definiuimus Euangeliū, et discri-  
men monstrauimus legis & Euangeli. Sed hæc  
omnia crunt illustriora cum de iustificatione, de  
fide & operibus dicemus. Nunc tantū una quæ-  
dam particula addenda est, uidelicet, sicut ne-  
cessè est scire Euangelium esse gratuitam pro-  
missionem, ita necesse est scire Euangelium pro-  
missionem uniuersalem esse, hoc est, offerri ex  
promitti omnibus hominibus reconciliationem.  
Hanc uniuersalem tenere necesse est, aduersus  
perviciosas imaginationes de prædestinatione, ne  
disputemus hanc promissionem ad paucos quosdam  
alios pertinere, non pertinere ad nos. Non enim  
dubium est, quin omnium animos hæc cogitatio  
exercat. Et hinc ortæ sunt multæ disputationes  
scriptorum de prædestinatione minime utiles.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Nos uero statuamus Euangeli⁹ promissionem uniuersalem esse. Sicut enim prædicatio penitentia universalis est, ita & prædicatio remissi⁹ pecatorum uniuersalis est. Huc colligantur sententiae uniuersales de Euangelio, quæ p̄fam in scripturis extant, Vt, Ioan. • Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, nō omnis qui credit in eum non pereat. Item apud Paulum, Concluſit omnes sub peccatum, ut omnium misereatur. Hæc nūc monuisse sat is est. Nam de hac uniuersali iterum dicendum erit infra de prædestinatione. Quod autem non omnes conſequuntur Euangeli⁹ promissa, eò fit, quia nō omnes credunt. Nam Euangelium eti⁹ gratis promittit, tamen requirit fidem, oportet enim promissionem fide accipi. Ac particula gratis non excludit fidem, sed excludit conditionem nostræ dignitatis, ut supra dictum est, & postulat ut promissionem accipiamus, id non potest fieri aliter nisi fide.

De gratia & de iustificatione

HIC locus continet summum Euangeli⁹ monstrat enim proprium Christi beneficium,

## DE GRATIA ET DE IVSTIFICATIONE.

um, ac proponit firmam consolationem p̄is men-  
tibus, & docet qui sint ueri cultus Dei, Quarum  
rerum quanta uis sit, quam necessaria cognitio  
Ecclesie, facile est p̄is iudicare. Itaq; optandum  
erat, ut hic locus precipue extaret in Ecclesiis  
planc & dilucide explicatus. Sed magna in hoc  
loco est opinionum ac iudiciorum uarietas, Alij  
proficiunt delent eam doctrinam, que continet ne-  
cessariam consolationem, Alij offundunt caligi-  
nem accersitis peregrinis disputationibus de prae-  
destinatione & alijs quibusdam incommodis ma-  
terius, suntq; ut uerbis Aristotelis utar, τοις εις πάνω γε οὕτως  
τὸ τέσπεργα τῶν ἐργών, deniq; multis ambas  
gibis obruiuntur res necessarie. Hec Sophistica  
& conscientias adducit in dubitationem, et per-  
turbat Ecclesiam. Quare Paulinam sententiam  
simpliciter & bona fide recitabo, nec rixabor  
hoc loco cum ullis. Nam ubi simpliciter exposua-  
to hanc sententiam, prudentes et equos lectors,  
ut sfero, dimitram placatores, cum uiderint hec  
que dicam, nihil habere absurdum, nihil perplexi,  
deinde discrete & planc in sacris literis proposita  
esse, Postremo non esse ociosas & inutiles imagi-  
niones, sed grauissimam doctrinam, que habet  
asum in uita & exercitijs piorum, que erudit &  
fui consolat

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

consolatur pias mentes.

Itaq; non solum Apostolorum & Patron  
autoritas nobis patrocinatur, sed etiam compro-  
bat hanc sententiam uniuersa Ecclesia cuiuslibet  
temporis, hoc est, Experientia piorum testatur  
in hac sententia proponi, no<sup>n</sup> ociosas ~~re~~vo<sup>r</sup>o<sup>v</sup>as,  
sed necessariam, ueram & firmam consolatio-  
nem, quae quidem & illustrat Christi beneficium  
& ueros Dei cultus monstrat, & Christianorum  
proprios. Quod autem theatrum aliud queri-  
mus, nisi Ecclesiam, hoc est, piorum, doctorum &  
peritorum consensum? Hic si nobis suffragantur,  
non ualde moremur iniqua aut etiam calun-  
niosa indoctorum aut malorum iudicia.

Et ut aliquando ad causam accedam. Euan-  
gelium, ut dixi, docet in summa de poenitentia &  
remissione peccatorum, propter Christum. Si  
igitur simpli issime de iustificatione dico. Euan-  
gelium arguit peccata, & docet, nobis opus esse  
mediatore Christo, propter quem doucentur re-  
missione peccatorum & reconciliatio. Quare ne  
ridiculi sunt nonnulli, qui cum magna uolumina  
de iustificacio-

## DE GRATIA ET DE IVSTIFICATIONE.

de iustificatione ediderint, nullam interim mentem fecerunt remissionis peccatorum, quast  
hec nihil ad rem pertineat. Porro quomodo Deus  
moueat infantium pectora, et sanctificet eos, cum  
per baptismum ei offeruntur, suo loco dicemus.

Nunc de adultis loquimur, qui docendi sunt  
ex Euangelio, et qui ex uerbo de uoluntate Dei  
statuerent debent. Mens perterrefacta agnitione  
peccatorum, statuerent debet, remitti sibi peccata  
gratis propter Christum per misericordiam, non  
propter dignitatem contritionis, dilectionis, aut  
aliorum operum. Cum hoc modo fide sc mens cri-  
git, donantur remissio peccatorum et reconcilia-  
tio. Si enim iudicandum esset tum demum nos  
habituros esse remissionem peccatorum, cum co-  
trito aut dilectio sufficiens esset, adigeretur ani-  
mus ad desperationem. Quare ut habeat certam  
et firmam consolationem, pendet res non ex co-  
ditione dignitatis nostrae, sed ex sola misericor-  
dia promissa propter Christum. Hæc certe nihil  
habent absurdum, nihil perplexi, si scripturas, si  
Ecclesiæ exercitia considerare uoluerimus. Atq;  
ia detrahitur meritum operibus in remissione  
peccatorum, non quia nos nihil agamus, Sed quia

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

remissio est donatio, ut sit certa. Restat igitur ut colligamus testimonia huius sententiae, quod gratias propter Christum fide, non propter dignitatem nostrorum operum, consequamur remissionem peccatorum et reconciliationem. Sed prius declarabimus figuram uerborum in hac causa.

Iustificatio significat remissionem peccatorum & reconciliationem seu acceptationem personae ad uitam aeternam. Nam Ebraeis iustificare est forense uerbum, ut si dicam populus Romanus iustificauit Scipionem accusatum a Tribunis, id est absoluit, seu iustum pronunciauit. Sumpit igitur Paulus uerbum iustificandi ex consuetudine Ebraici sermonis, pro acceptatione, id est, pro reconciliatione, & remissione peccatorum. Cumq; Deus remittit peccata, simul donat nobis spiritum sanctum, qui nouas uirtutes in piis efficit. Et libenter & clara uoce profiteor, Operere in piis existere non tantum fidem, sed etiam alios fructus Spiritus, ut postea dicemus. Neq; taliter aut mundiciem causam remissionis peccatorum esse.

Fides significat haud dubio in hac causa

## DE GRATIA ET DE IVSTIFICATIONE.

apud Paulum fiduciam misericordiae promissæ  
proprie Christum. Etsi autem indocti quidam Sy= see manuscr. de nobis  
cophante rabiose reclamant, & negant fide si=  
gnificari fiduciam misericordiae, tamen nihil du= see manuscr. de nobis  
bitu pronoscere ad omnes doctos & bonos viros.  
Campensis homo acutus etsi quædā in hac nostra  
disputatione reprehendit, tamen hoc prudenter  
videt, in Paulo fidem intelligendam esse fiduciam  
misericordiae. Et hanc meam interpretationem  
candidè probat. Nec uero excludimus noticiam  
historie, de Christo, ut quidam calumniantur.  
Cum enim dicimus fiduciam misericordiae pro= see manuscr. de nobis  
missæ propter Christum, certe omnes articulos  
fidei comp' estimur, & historiam de Christo re= see manuscr. de nobis  
serimus ad illum articulum, qui beneficium Chri= see manuscr. de nobis  
sti commemorat, Remissionem peccatorum. Cō= see manuscr. de nobis  
plicitur ergo fiducia illa & noticiam de Christo  
filio Dei, et uoluntatis seu habitum seu actionem,  
qua uult & accipit promissionem Christi, atq; ita  
acquiescit in Christo. Sed has τεχνολογίας orationes

Quod autem fides significet fiduciam mis= see manuscr. de nobis  
ericordiae, cū exempla testantur in quibus fit mens= see manuscr. de nobis  
tio fidei, tum ipsa Pauli disputatio. Paulus enim  
confert promissionem gratiæ & fidem, & requi= see manuscr. de nobis  
rit fidem

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

rit fidem quæ apprehendit promissionem. Porro  
hæc fides est fiducia misericordie. Et in tota di-  
sputatione, fiduciam propriæ dignitatis improbat,  
et contra requirit fiduciam alieni beneficij scie-  
licet Christi. Iam si sentiret Paulus homines ius-  
tos, id est, acceptos Deo, seu reconciliatos esse  
propter propriam mundiciem, seu dignitatem  
qualitatum, aut operum, certe doceret fiduciam  
propriæ dignitatis. Sed constat cum dicere. Ex-  
clusa est gloriatio. Item, citat Psalmum, Beati  
quorum remissæ sunt iniquitates. Et contendit ita  
pronunciari nos iustos, si credamus nobis remisi-  
peccata. Iam hæc fides, quæ statuit remitti pre-  
dicta, est fiducia illa de qua dicimus. Item, Cum  
ait, iustificati fide pacem habemus, declarat, se-  
non de ociosa aliqua noticia loqui, sed de fide, qua  
erigit et consolatur animū, Opponit enim hanc  
sententiam legi, de qua dicit, Lex iram efficiit, id  
est, accusat et perterrefacit conscientiam.

Quanquam quid opus est argumentis in re  
manifesta. Constat enim fide significari fiduciam  
misericordie promissæ propter Christum. Certe  
enim credendus est hic Articulus. Remissionem  
peccatorum. Et improbanda est vulgata opinio,

## DE GRATIA ET DE IVSTIFICATIONE.

que iubet dubitare, an habeamus remissionem peccatorum. Fides igitur habet se correlatiue ad misericordiam, tanquam ad obiectum. Quare cum dicitur, fide iustificamur, ita recte intelligi haec figura poterit, cum transformabitur in correlatiuum. Iustificamur per misericordiam promissam propter Christum, Sed haec misericordia fide apprehendenda est. Hoc enim agit Paulus, reconciliari homines fiducia alieni beneficij, non propter propriam dignitatem, seu qualitatum, seu operum. Hac est germana et simplex Pauli sententia.

Etsi autem hanc fiduciam, obedientia nostra, ut postea dicam, et pleraque uirtutes comitari debent, tamen non placet mihi istorum imaginatio, qui nunc, ut uideantur cōmodi interpretes, periculosam καταχρησιν adhibent. Interpretantur, fide iustificamur, id est, tota doctrina religionis, id est, lege. Hac interpretatio et impropria est, et obscurat Pauli sententiam. Aristoteles dicitur etiam solitus disputare, uirtutes omnes, unam quandam uirtutem esse, quam quidem ipse nominabat υγιεινη. Ita isti imaginantur fide apud Paulum significari totum chorum virtutum, deinde amissa principali sententia Pauli, redeunt

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

redcunt ad legis doctrinam, et de hac magnifica  
ce declamitant, et existimant homines propter  
propriam dignitatem, propter impletionem legis  
iustos esse, nec uident ideo Paulum tantopere co-  
tendere de fiducia misericordiae, quia procul ab  
sunt a perfectione, etiam optimi. Hæc satis su-  
monuisse de phrasi, Fide iustificamur.

Gratia significat gratuitam acceptationem,  
seu misericordiam, propter Christum promissam.  
Paulus addit, donum per gratiam. Id uocat do-  
nationem Spiritus sancti et uite æterne. Ei⁹  
autem interdum gratia quoq; significat auxilium  
Spiritus sancti, seu actionem diuinam, quemad-  
modum Augustinus gratiam plerumq; interpre-  
tatur, tamen et hic cauendum est, ne amissa sensu  
tentia Pauli, delabamur in doctrinam legis, id  
quod accidit Scholasticis, qui cum dicunt, bonis  
nem per gratiam iustificari, nihil ibi dicunt de  
fiducia misericordiae, sed somniant hominem pro-  
pter propriam dignitatem et nouitatem illam,  
seu propriam mundiciem, sine fiducia misericor-  
die, pronunciari iustum.

Inest autem in vocabulo gratiae exclusus  
particularis

## DE GRATIA ET DE IVSTIFICATIONE.

particula, uidelicet, quod gratis donentur remissio peccatorū et reconciliatio. Hac particula exclusiva, nō excludit nostram poenitentiam, et bona opera, sed tantum conditionem dignitatis excludit, & totā causā beneficij Christi transfert in misericordiam, ut uidelicet sit certum. In Petro, Davide debet existere contritio, sed ut possint reddi pacatae ipsorum conscientiae, statueretur, certo ipsis remitti peccata, non propter dignitatem contritionis aut aliorum operum, sed gratis per misericordiam propter Christum. Hac interpretatio exclusiva nihil habet absurdum, immo necessaria est. Nam in ucris terroribus non ignorat mens, Deum bonum, misericordem esse, sed illud querit, utrum remittat indignis, utrum gratis remittat, Nullum inuenit opus, quod posset opponere irae Dei, quo posset placare iram Dei, agnoscit indignitatem suam, agnoscit se reū esse. Hec igitur Epitasis est certaminis, utrum certum sit gratis donari remissionem peccatorū indignis. Ideo Euangelium conscientijs in hoc certamine firmam consolationem proponit, et docet promissionem gratuitam esse, testatur gratis remitti peccata propter Christum, atq; ita uere docet uti mediatore et pontifice Christo. Iubet hunc mediatorum

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

diatorem opponi iræ Dei, iubet statuere, quod propter hunc pontificem Pater nobis placatus & propicius sit. Hanc consolationem obruerunt monachi, qui & dubitare iubent, an contingat remissio peccatorum, & transtulcrunt beneficium Christi in opera hominum, docuerunt propter dignitatem operum contingere remissionem peccatorum. Ita simul obscuraucrunt beneficium Christi, & excruciarunt pias mentes. Et hac opinione subinde nouos cultus & monachatus excoegerunt.

Necessè est igitur in Ecclesia hanc consolacionem extare, & ut gloria Christi fiat illustrior, & ut piæ mentes muniatur contra desiderationem, & ut ueri cultus Dei intelligantur. Sed adam testimonia, ex quibus tota res magis perfissa fiet. Porro in testimonij diligenter hoc observandum est, quod cum iustificatio nominatur, utrumq; comprehenditur, remissio peccatorum et acceptatio personæ, seu reconciliatio. Prodebat autem has sententias in conspectu habere, ut intenta infirmitate nostra semper in eas inlucemur, & fidem erigamus & muniamus talibus testimonij in omni uita, in omnibus periculis, & omni

## DE GRATIA ET DE IVSTIFICATIONE.

omni invocatione. Hunc cultum, hoc opus prae-  
cipue requirit Deus. Hic cultus afficit Christum  
vero honore, cum utimur Christo mediatore ac  
pontifice. Non enim utuntur Christo mediatore,  
qui hanc fidem non intelligunt, & aut somniant  
se legi satisfacere, nec infirmitatem suam agno-  
scunt, aut cum agnoscunt, uersantur in dubitati-  
one, que aut desperationem aut contemptum Dei  
parit. Talis enim uita sine hac fiducia miscri-  
cordie, non placet Deo. Et qui sic uiuunt, quia  
nihil a Deo expectare aut petere possunt, sunt uca-  
luti sine Deo. Sed recito testimonia.

Roma. 3. Omnes peccauerunt, & carent  
gloria Dei, Iustificantur autem gratis ipsius gra-  
tia, per redemptionem in Christo Iesu, quem pro-  
posuit Deus propiciatorem per fidem in sanguine  
eius. Hæc sententia, cum inquit, iustificantur,  
& comprehendit simul & remissionem peccatorum  
& iustificationem. Diserte autem inquit, quem  
proposuit propiciatorem per fidem, ut significet  
applicatione opus esse, uidelicet, ut fide appre-  
hendamus Christum tanquam mediatorem. Hæc  
fides est fiducia de qua diximus. Et quoniam re-  
quirit hanc fiduciam, improbat dubitationem.

Addit

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Addit et exclusuam, gratis ipsius gratia, id est, misericordia, ut intelligamus nos placere, non propter dignitatem nostrorum opcrum, sed propter Christum. Et ut hoc sit clarius, prefatur de nostra immundicie. Quod omnes sumus rei, et careamus gloria Dei, id est, ea gloria, hoc est iusticia quam Deus approbat.

Deinde in quarto capite colligit Paulus ipse argumenta suæ sententie, ex quibus unum atque alterum hic recitabimus.

Credidit Abraham Deo, et imputatum est ei ad iusticiam. Hic diserte affirmat scriptura Abraham pronunciari iustum, quia credidit, hoc est, quia statuit se habere Deum propicium, non propter propriam dignitatem, sed per misericordiam ab ipso promissam. Et hanc interpretationem de exclusu Paulus ipse addit. Non operanti, sed credenti in eum qui iustificat impium, imputatur fides eius ad iusticiam. Ita fidem, id est, fiduciam misericordiae, opponit dignitati nostra.

Hic iterum admoneo pium lectorum, ut consideret, quam locuples, quam necessaria sit consolatio, tenere hanc sententiam, quod Deus certe uelit tibi

## DE GRATIA ET DE IVSTIFICATIONE.

Velit tibi condonare peccata, quanquam non aferas ad eum merita. Item, quod præcepit, ut credas tibi ignosci, quod hunc cultum requirat. Item, quod inchoatam obedientiam, tametsi procul abest a perfectione legis, approbet tamen, quia iam persona est reconciliata fide in Christū. Hec si quis aut aspernatur, aut improbat, is quid sit uera Poenitentia, aut Pietas, prorsus ignorat.

Vltimum Argumentum Roma. 4. sumptum est ex fontibus negocij, uidelicet, ex causa promissionis, & exclusiuam præcipue confirmat hoc modo.

Si promissio reconciliationis penderet ex conditione legis tanquam causa, fieret incerta.

Sed oportet hanc promissionem constientijs huius certam esse.

Igitur necesse est gratis promitti remissionem peccatorum & reconciliationem, ac fidem accipi, non propter dignitatem nostram.

Maiorem probat Paulus, quia Lex iram efficit, id est, cum nemo legi satisfaciat, Lex accusat omnes. Quare necesse esset dubitare con-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

scientias de iustificatione, imo desperare, si sentia  
endum esset, nos non pronunciari iustos nisi post  
quam legi satisficerimus. Hic unusquisque suam  
conscientiam consulat, an legi satisficiat. Et  
quoniam Hypocrite non uident se a lege absolu-  
sari, tamen in ueris terroribus experuntur, non  
poterunt opera sua opponere iudicio Dei. Ne  
cessum est igitur hanc sententiam de gratuita re-  
conciliacione tenere, sicut Paulus inquit, Ideo ex  
fide gratis, ut sit firma promissio.

Sed quidam reclamant nos inciviliter in-  
terpretari Paulum, ac detorquere ipsius senten-  
tias ad moralia, cum tantum detrahatur iustificati-  
onem ceremonijs. Profecto a doctrina religionis  
in primis remouenda est Sophisticce. Ac si quis ad  
lius, ego Sophisticen ex animo odi. Quare pro  
mirili conor proprie & simpliciter recitare sen-  
tentiam Pauli. Constat autem Paulum sepe afa-  
firmare, quod legi morali nemo satisficiat, Quod  
hec infirma natura hominis sit sub peccata.  
Quare non potest propriam iusticiam aut munera  
diciem opponere iudicio Dei. Ideo Paulus inquit,  
Per Christum habemus accessum ad Deum. Et  
Christus ait, Si uos filius liberauerit, uere liberi-

## DE GRATIA ET DE IUSTIFICATIONE.

eritis. Item, Ego sum uitis, uos palmites &c.  
Item, Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui  
credunt in nomine eius &c.

Hoc igitur Paulus agit, ut doceat nobis remitti peccata, nos iustificari, id est, reconciliari propter Christum, non propter dignitatem ceremonialium aut moralium operum, quandoquidem nec moralis legi satisficit haec infirma natura, et si posse a inchoata obedientia & requiritur & placet Deo in reconciliatis. Hanc esse Pauli sententiam ipse quoque testatur, cum de lege inquit, Per legem peccatum fit excellenter uiciosum, id est, quia Lex accusat & condemnat peccatum, reatus agnoscitur, & perterrefacit, et occidit mentes. Si iuxta legem iudicandum esset, tunc demum habituros nos esse Deum propicum, cum legi sa- lisficerimus, nunquam acquiescerent animi, quia Lex semper accusat. Et in hanc sententiam citat legem moralem, Non concupisces. Item, partula gratis excludit non solum ceremonias, sed etiam moralia, a causa reconciliationis. Et hanc particulam inculcat Paulus, ut conscientias redat certas. Non potest autem teneri certitudo conscientiarum, si sentiendum est, quod propter

g ij implatio

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

impletionem moralium consequamur remissionem  
peccatorum, quia nemo satisfacit legi morali. Ex  
his liquet Paulum non solum de ceremonijs, sed  
etiam de lege morali loqui.

Nec est Sophisticum, sic interpretari Page  
lum, ut hactenus dixi, præsertim cum hac nihil  
habeant absurdii, aut perplexi. Sed potius fuerū  
Sophisticum decerpere aliquid de Pauli disputa-  
tione, & sententiam mutilatam reddere, atq; ita  
tollere gratuitam remissionem, tollere certam co-  
solutionem conscientiarū. Et affingere puerilem  
interpretationem, quod fides significet tantum  
historiæ noticiā. Et quod conscientia in suo agro  
statuere debat, quod habeat remissionem pec-  
catorum, quod habeat Deum propicium propter  
impletionem legis, propter propriam dignitatem.  
Hæc quantum habeant incommodi, non est diffi-  
cile iudicare. Intelligamus igitur Paulum liquidum  
non solum de ceremonijs, sed etiam de lege morali  
in his sententijs. Impossibile erat legi, iustifi-  
care, quia per carnem infirmabatur. Item, Ea  
operibus legis non iustificabitur omnis caro.

Addam ergo & locum ex Ephesijs, Gratii  
estis fide

## DE GRATIA ET DE IVSTIFICATIONE.

etis saluati per fidem, & hoc non ex uobis, Dei  
nomen est, non ex operibus, ne quis glorietur.  
Multi uerbis raudem sententiam inculcat, ut fi-  
ducia miratur non nostra dignitate, sed miseri-  
cordia.

Roma. 5. Iustificati fide pacem habemus.  
Hic duo tribuit fidei, quod & iustificemur fide,  
et quod fides reddat pacatas conscientias, Quia-  
se fidei non intelligit Paulus ociosam noticiam,  
sed luctantem cum terroribus in certamine con-  
scientie. Idem docet locus, Corde creditur ad  
iusticiam. Fiducia enim illa misericordiae efficax  
est in cordibus, agnoscit Deum esse propicium,  
et ita consolatur corda & iustificat. Hec  
est igitur nostra de iustificatione sententia,  
Quanquam necessaria sit nostra poenitentia seu  
contrito, tamen consequamur iustificationem, id  
est remissionem peccatorum & reconciliacionem  
non propter dignitatem nostrae poenitentiae, sed  
> propter Christum gratis.

Et ut hæc sint planiora, addam amplius, Cū  
hoc modo corda fide erigantur, concipiunt Spi-  
ritum sanctum, sicut Paulus docet, ad Galatas 3.  
VI promissionem spiritus accipiamus per fidem.

g 1ij Non

LOCI COMMV. PHILI. MELANTH.

Non igitur de ociosa aliqua noticia loquimur. Et errant imperiti, qui somniant remissionem peccatorum ita contingere ociosis, sine aliquo uero danni motu, sine certamine, sine fiducia confolante animos. Et quia Spiritus sanctus afferit, ut postea dicam, in illa consolatione nouam uitam, nouos motus, ideo haec renouatio, uocatur regeneratio, & sequi debet noua obedientia, ut mox dicam.

Et ne hic obstrepant piijs mentibus labyrinthi disputationum de prædestinatione, aut de libero arbitrio, breuiter moneo, non esse huc accersendam disputationem de prædestinatione, sed tenendum, quod promissio gratiae sit uniuersalis. Sicut predicatio poenitentiae ad omnes pertinet, ita omnibus offert Deus promissionem, ut testatur ipsæ uoces Christi, Venite ad me omnes. E Paulus ait, Idem Dominus omnium, diues in omnibus. Item, Deus uult omnes homines saluos fieri. Sed suo loco colligam plura testimonia. Nec uero iudicandum est de uoluntate Dei, secus quam Euangelium iudicat. Mandatum quod precipit, ut credamus, certe ad omnes pertinet, ita & promissio ad omnes pertinet. Ideo non repugnemus mandato Dei, sed credamus, & se singuli in illam uniuersitatem

## DE GRATIA ET DE IVSTIFICATIONE.

uniuersalem promissionem includant, & sciant se  
uere consequi beneficium Christi, si credant pro=  
missioni. De libero arbitrio supra diximus, Quo=  
mam a uerbo ordiendum est, non debemus recipi=br/>bare uerbo. Agimus igitur aliquid cum despe=br/>rationi resistimus, & nos erigimus atq; consola=br/>mur promissione Christi, quod cum facimus, Deus  
est efficax per uerbum, & nos adiuuat. Retineret  
enim certitudo debet, uere nos consequi beneficia  
Christi, cum credimus. Cum enim fide hæc gerri  
debet, retinere uerbum Dei debemus, nec sunt  
querendæ illuminationes sine uerbo Dei. Et ut  
antea dixi, meritum tollitur in remissione pecca=br/>torum, non quia nos nihil agamus, sed quia re=br/>missio est donatio, ut sit certa.

Nunc peto ut prudens lector diligenter hæc  
consideret, quæ dixi. Quod agentib. pœnitentiæ  
am, remissio peccatorum gratis donetur propter  
Christum, quod offeratur omnibus, quod manda=br/>tum sit ut omnes credant, quod certitudo retinen=br/>da sit, nos uere consequi beneficia Christi, cum  
credimus & promissione nos consolamur. Hæc  
qui uere considerabit, intelliget nequaquam in=br/>tricata, aut perplexa, aut Sophistica esse, sed  
g. iij plana

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

plana & explicata, & utilia ad pietatem, &  
habere usum in uita & exercitijs piorum. E coa-  
tra quales labyrinthi, quam multa perplexa sint  
in illorum opinionibus, qui dissentunt a nobis, nos  
lo hoc loco colligere.

De bonis operibus.

**Q**VONIAM autem dixi de reconciliatio-  
nē, & de fide, addendum est etiam,  
quid de doctrina bonorum operum, & de nostra  
obedientia sentiam. Plane igitur & clare dico,  
Obedientia nostra, hoc est, iusticia bonae conscientiae,  
seu operum, quæ Deus nobis præcipit, nece-  
cessario sequi debet reconciliationem. Christus  
enim in Euangeliō præcipit de Pœnitentia, Et  
Paulus inquit, Debitores sumus, nc secundū car-  
nem uiuamus. Et Christus ait, Si uis in uitam in-  
gredi, serua mandata. Et iustificamur ideo, ut  
noua & spirituali uita uiuamus, quæ est quedam  
obedientia erga Deum, iuxta illud, Dabo legem  
meam in cordibus eorum. Et in Ephesii ait. Ipsi-  
us opus sumus, conditi ad bona opera. Acceptatio  
iuncta est cum iustificatione, id est, cum remissio  
one pcc<sup>a</sup>.

## DE BONIS OPERIBVS.

one peccatorum & reconciliatione, quæ fide cōtingit, iuxta illud, quos iustificat, eosdem & glorificat. Itaq; non datur uita æterna propter dignitatem bonorum operum, sed gratis propter Christum. Et tamen bona opera ita necessaria sunt ad uitam æternam, quia sequi reconciliatio nem necessario debent. Ideo Paulus ait, V.æ mihi si non docuero Euangeliū. Item, Qui talia agunt, Regnum Dei non possidcbunt.

Requiruntur autem non solum externa ciuilia opera, sed etiam spirituales motus, Timor Dei, fiducia, inuocatio, dilectio, & similes motus. De his præcipuis Dei cultibus nihil possunt docere hi, qui non intelligunt doctrinam de fide. Iubent enim dubitare, ideo abiiciunt exercitia fiduciæ atq; inuocationis, iuxta illud, Quomodo inuocabunt, si non credant. Nam dubitatio illa, ut supra dixi, parit aut desperationem aut contemnētum. Non inuocant autem Deum, qui desperat, aut contemnunt. Quare hypocritæ illi, quam iactitant se esse doctores honorum operum, tamen illa ipsa præcipua opera sanctorum, & præcipuos cultus Dei nec intelligunt, nec docent. Non enim satis est docere externa ciuilia opera,

g p                    sed ipsa

LOCI COMMV. PHILIP. MEL ANTH.

sed ipsa fides, que tribuit gloriam Christo, prae-  
cipius Dei cultus est. Præterea Inuocatio in hac  
fide fieri debet, quod Deus uelit nobis ignoscere,  
et nos exaudire. Imo hæc fides gubernare omnes  
actiones debet.

Sed non satis est docere, quod obedientia  
nostra necessaria sit, Addendum est enim quo-  
modo placeat Deo, cum constet neminem satisfa-  
cere legi. In hoc toto loco muti sunt aduersarij  
nostrj. Querunt enim p[ro]ij, Quomodo placet Deo  
obedientia nostra, cū nemo legi satisfaciat? Quo-  
modo erimus salui, cum sentiamus adhuc in nobis  
herere peccatum? Hæ questio[n]es explicanda  
sunt, et ostendendum quomodo placeat Deo hæ-  
rationem incident, aut confidant propria mundis-  
cie et gloriam Christi transferant in proprio os-  
pera.

Multa paſſim apud Augustinum et alios de  
hoc loco leguntur. Est et longa Hieronymi di-  
ſputatio in Attico eadem de re. Primum autem  
hoc docendi sunt Christiani, quod hæc obedientia  
in his, qui iustificati sunt, sit imperfecta, nec sa-  
tisfaciat legi, quod ad ipsam obedientiam attinet.  
Id clare

## DE BONIS OPERIBVS.

Id clare testatur Paulus cum inquit, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Item, Caro concupiscit aduersus Spiritum. Item, i. Ioannis primo, Si dixerimus quod peccatum nō habemus, ipsi nos seducimus et c. Et Psal. 142. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et Psal. 129. Si iniquitates obseruaueris Domine, quis sustinebit? Reliqua est enim in sanctis concupiscentia, ut constat, quæ est sua natura peccatum & digna morte, Nec est ociosa, sed perpetuo parit uiciosos affectus. Atq; hæc peccata sancti fatentur, & orant. Dimitte nobis debita nostra. Quoties dubitat Sancti se Deo curæ esse, quoties labascit fides, quis timet quantum debet, quis satis ardenter diligit Deum? Quis satis patienter obtemperat in aduersis rebus? Quem nō interdum incendunt odia, & aliæ cupiditates? Quis satisfacit suæ uocationi? Quoties Sancti frement, cum uident impios & Tyrannos florere & omnibus uitæ commodis frui, tenere regna, opes, gloriam, se uero exerceri omni genere calamitatum? Hæc uicia, non sunt extenuanda, sed sunt sua natura, uere peccata, sed condonantur credentibus. Delirant igitur, qui fingunt Santos legi sa-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

legi satisfacere, & sine peccato esse. Imo, quod  
est monstrosum, fingunt opera externa non pra-  
cepta a Deo perfectiora esse decalogi operibus.

Vt igitur respondeamus p̄is querentibus,  
quomodo placeat Deo inchoata & imperfecta  
obedientia, breuiter dico. Et necessaria est illa  
obedientia, & placet Deo, sed in reconciliatis, et  
est iusticia non quia legi satisfacit, sed quia iam  
personæ placent. Ut igitur certa consolatio tene-  
atur, sic sentient p̄ij. Quod persona sit reconcili-  
ata et accepta ad uitam æternam, propter Chris-  
tum tantū per misericordiam, Postea uero pla-  
ceat etiam illa inchoata obedientia, quia persona  
propter aliud placet, uidelicet, propter Christū.  
Non enim potest opponi iudicio Dei illa inchoata  
obedientia, sed retinendus est mediator Christus,  
propter quem Pater nobis propicius est. Sic dos-  
cet Paulus, cum ait, Nulla nunc condemnatio est  
h̄is, qui ambulant in Christo. Non ait eos sine  
peccato esse, sed nō damnari eos inquit, quia iam  
sunt facti filij propter Christum. Item, Non es̄is  
sub lege, sed sub gratia, id est, Quanquam non  
satisfacitis legi, tamen non accusat uos, quia iam  
estis filij. Et in Galatis, Christus redemit nos de  
maledictio

## DE BONIS OPERIBVS.

maledicto legis, uidelicet, Lex non accusat nos postquam fide reconciliati, habemus Deum propicium. Iam cogita quantū sit beneficium, quanta misericordia, quantus amor erga nos, quod Deus hæc exigua officia, & hanc tot modis contumaciam obedientiam tamen approbat, Et quidem ornat honestissimis laudibus ac præmijs, ut postea dicam. Huc pertinet dictum Pauli, Legem stabilimus per fidem, quasi dicat, Quia nemo legi satisfacit, ideo qui non sunt reconciliati fide, etiamsi aliqua legis opera faciunt, tamen non possunt Deo placere, semper enim accusantur a legi, & manent in dubitatione ac desperatione. Sed tum demum placet obedientia, quamquam imperfecta, postquam fide reconciliati sumus. Non igitur aboleat fides legem, sed efficit, ut placeat. Præterea ne quidem præstari dilectio & uera cordis obedientia potest, nisi corda prius accipiunt consolationem, & credant sibi remitti peccata. Necesse est igitur præcedere reconciliationem personæ, Et hec reconciliatio fit, ut dixi. fide, quæ nititur non nostra dignitate, sed tantum misericordia. Postea uero placet & obedientia sequens, quia sumus in Christo. Non nihil faciet ad perspicuitatem, si discernas personam et opus.

Etiam se

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Etiamsi David habeat bona opera, tamen quia  
habet etiam reliquias peccati, non potest statuer-  
re, quod propter illa bona opera Deo placeat.  
Ideo necesse est prius eum statuere, quod persona  
per misericordiam placeat, Postea uero bona o-  
pera. Sic ait & Paulus, Nihil mihi conscient sum,  
sed in hoc non iustificatus sum, Quasi dicat, Et si  
habeo iusticiam bonæ conscientiæ, tamen hanc nō  
oppono iudicio Dei, sed oppono Christum media-  
torem. Ita David cum inquit, Non iustificabitur  
coram te omnis uiuens, decet querendam esse ius-  
tificationem per misericordiam, non propter nos-  
stram dignitatem. Cum igitur nos erimus fide  
& statuimus, quod persona sic placeat Deo per  
misericordiam, & condonetur nobis infirmitas  
naturæ. Postea etiam placet inchoata obedientia.  
Nam illa fides non potest nisi nostra dignitate.  
Ita simul retinentur Christus mediator, & agni-  
tio nostræ indignitatis. Ex his omnibus liquet,  
quod obedientia nostra, seu iusticia bonæ conscientiæ  
sit necessaria & placeat Deo, non quia sit  
perfecta, sed quia iam personæ sunt reconciliatae  
fide, & habent condonationem infirmitatis sue.  
Ac postquam hoc modo & agnoscimus infirmita-  
tem nostram, & fide apprehendimus reconcilia-  
tionem

## DE BONIS OPERIBVS.

tionem, postea dignitas operum non est extenuanda, Nam scriptura etiam hanc iusticiam operum honorificentissime prædicat in sanctis.

Primum enim necessitas consideranda est. Oportet enim fidem in nobis aßiduis exercitijs, in invocatione, pœnitentia, periculis crescere. Ita crescit nouitas spiritualis, de qua Paulus inquit, superindui desiderantes, siquidem non nudi repe-  
ticiemur. Deinde etsi per misericordiam propter Christum persona habet remissiōem peccatorum, & est iusta, id est, accepta, ut dixi, tamen hæc quoq; operum iusticia ucessario sequi debet. Est enim mandatum Dei, ut præstemus hanc obedi-  
entiam, quia Christus clare præcipit, Agite pœ-  
nitentiam. Ac si quis hic disputat, ultro sine man-  
dato hæc fieri in renouatis, is per me fane dele-  
stetur huiusmodi ἀγλονοίαις. Ego a uoca-  
bulo præcepti cur abhorream, non video, cum Christus dicat, Mandatum meum est. Et Paulus  
Debitores sumus. Præterea tanta necessitas est,  
ut clare dicat Paulus de adulteris, scortatoribus,  
homicidis &c. Qui talia agunt, Regnum Dei  
non possidebunt. Postremo nec fides potest exi-  
stere cum mala conscientia, quia fides est fidu-  
cia, quod

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

eia, quod Deus sit nobis propicius. Mala consilia  
encia contrarium iudicat. Item, qui non agunt  
poenitentiam, sed indulgent uiciofis cupiditatibus  
non retinent fidem. Fides enim querit remissio-  
nem peccatorum, non delectatur peccatis. Ne  
manet Spiritus sanctus in his, qui obtemperant  
uiciofis affectibus, iuxta illud Ioannis. Qui fecit  
peccatum, ex diabolo est. Hæ tot cause necessi-  
tatis concurrunt, quæ merito diligentiam bene-  
operandi in nobis acuere debent, ut beneficium  
Dei retineamus. Sicut Petrus præcepit. Curate,  
ut uocationem & electionem uestram firmam fa-  
ciatis, id est, ut perseueretis in uocatione et san-  
ctificatione uestra.

Secundo non solum Necesitas consideranda  
est, sed inuitet nos etiam dignitas bonorum opes-  
rum. Quanquam enim in tanta infirmitate no-  
stra, de nobis quidem non debemus arroganter  
sentire, tamen uocatio nostra magnificienda est.  
Et si uirtutes & bonæ actiones nostræ nequaquam  
satis excitatae aut mundæ sunt, tamen ad gloriam  
Christi pertinent, ideo magna earum dignitas est.  
Et ut sciamus eas Deo ualde placere, ornat eis  
Deus honorificis titulis. Vocantur sacrificia  
hoc est.

## DE BONIS OPERIBVS.

hoc est, proprij & ueri honores, quibus Deus de-  
lestat. Petrus inquit, nos esse Sacerdotiū san-  
ctum, destinatum ad spirituales hostias offeren-  
das, & gratias Deo per Iesum Christum. Quam  
gratiam, quanta ad uitutem adhortatio esse de-  
bet pio Patrifamilias, scire quod diligentiam a-  
tendit, regende & instituende sobolis Deus tan-  
tus faciat, ut interpretetur etiam uera ac spiritu-  
alem hostiam esse. Quanta consolatio est his, qui  
propter Euangeliū sustinent pericula, aut cru-  
ciantur, intelligere quod hæc opera sunt uera &  
laudatissima sacrificia. Maiore studio disceat pius  
adolescens, si cogitat hunc laborem esse sacri-  
ficiū Deo gratissimum. Ad hunc modum de sua  
quæsiū uocatione iudicet. Christus inquit, Luccat  
lux nostra coram hominibus, ut glorificetur Pa-  
ter noster, qui in cœlis est. Hic non solum hor-  
tatur nos, ut actiones omnes nostras eō refera-  
mus, ut exempla nostra profint alijs, Sed etiam  
ornat officia nostra, uocat lucem, et dicit per  
eę gloriam Dei fieri illustriorem.

Præterea cum beneficia sint dona Spiritus  
sancti, efficit ingrati atq; impij animi, non agno-  
scere auorem. Apud Esaiam uocantur pij, plan-  
ta

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

tatio Domini ad glorificandum. Id quoq; egres-  
giū encomium est donorum & bonorum operi,  
quod uarijs donis ornatur Ecclesia a Spiritu san-  
cto, hanc ob causam, ut Dei gloria latius propos-  
getur ac patefiat. Quid, quod bona opera etiam  
Sacramenta sunt, hoc est, signa uoluntatis Dei.  
Remittite, & remittetur uobis, inquit Christus,  
Hic non uult, quod remittatur nobis propter non  
stram condonationem. Quando n. acquiesceret  
consciencia, si sentiendum esset tum demum nobis  
remitti, cum nos satis pure condonassimus alij  
sed præcipit tamen condonationem, & uult eam  
esse signum ac Sacramentum, quo animcamur  
condonationis diuinæ. Hæc atq; alia multa de di-  
gnitate bonorum operum prodest meminisse, non  
ut de nobis, sed de ipsa uocatione, magnifice sensi-  
tiamus, & accendatur in nobis studium recte ou-  
perandi propter gloriam Dei, cum cogitabimur  
nos esse membra Christi, et pertinere nostros mo-  
res ad gloriam Dei.

Tertio, sciendum est etiam præmia propos-  
ita esse bonis operibus, seu bona opera meriti  
præmia corporalia & si: italia. Etsi autem in  
hac uita etiam multa præmia sanctis redduntur,

## DE BONIS OPERIBVS.

tamen quia Ecclesia subiecta est cruci , p̄cipua  
præmia redduntur post hanc uitam . sicut Christus  
inquit , Merces uestra copiosa est in cœlis . Paulus  
inquit , Pictas habet promissiones p̄äsentis uitæ  
& futuræ . id est , Dei multis præmijs nos etiam  
in hac uita suo quodam consilio ornat , curat &  
defendit nos . Quanquam enim Ecclesia subiecta  
est cruci , tamen quia etiam conseruari eam in  
mundo oportet , Deus in hac uita quoq; multis  
corporalibus beneficijs iuuat pios . Deinde p̄cipua  
præmia post hanc uitam redduntur . In e-  
andem sententiam dicitur . Primum querite Re-  
gnum Dci , & cetera adiacentur uobis , Et Mar-  
ci 10. accipiet centuplum nunc in tempore hoc ,  
cum persecutionibus , & in seculo futuro uitam  
eternam . Corinthus precatur Paulus , ut Deus  
reddat eis pro collata elemosyna , incrementa do-  
norum spiritualium . Et recte dicit Augustinus ,  
Dilectio meretur augeri dilectionem , Sed obui-  
sunt in scripturis , satis multa testimonia . Hic  
autem sciendum est , nos loqui de bonis operibus  
iustorum . Prius enim accipienda est fide remissio  
peccatorum , reconciliatio & acceptatio ad uis-  
tam eternam . Et haec donantur per misericordia-  
m , propter Christum , ut maneat certa .

b ij

Quod

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Quod uero scriptura aliquoties dicit, Reddet unicuique iuxta opera sua, phrasis est a lege sumpta, quam constat nihil aliud significare, quod hoc, reddet promissa iustis, ex poenias iniustis. Deus enim non probat opera, nisi iustorum. Primum autem persona iustificatur coram Deo, tantum per misericordiam, quam fide accipit. Deinde reconciliationem debent sequi bona opera. Habent igitur iusti fidem et bona opera, et quae tales opera laudantur, semper intelligantur de iustorum operibus dici. Sunt autem persone primum fide accepte tantum per misericordiam. Hec est simplicissima et mollissima interpretatio huius phrasis. Nam si quis urgeat τὸ φέτοπ, iuxta opera sua, et contendat uitam eternam dari propter dignitatem nostrorum operum, sequitur absurditas. Cum enim nemo satisfaciat legi, se queretur omnes perituros esse. Addenda est igitur commoda interpretatio, Et ut sepe iam dictum est, tribuatur merces operibus ita, ne fiat incertitas remissio peccatorum item, ne transferatur beneficium Christi in nostrorum operum dignitatem. Persona iustificatur coram Deo gratis fide, quae nititur tantum misericordia, postea placent Deo bona opera, et merentur mercedem.

De pros

## De promissionibus legalibus.

UPRA dixi duplices esse promissiones, Aliæ est, quæ gratis promittit reconciliationem, Hec propria est Euangelij. Aliae sunt quæ bonis operibus pollicentur præmia, ut, Date & dabitur uobis. Has uoco legales, ubiunq; extant in scripturis, quia et si Lex Moysi est promissio terræ palestine & politiæ Iudaicæ nihil ad nos pertinet, tamen sicut Lex moralis ad omnes pertinet, sic generales promissiones additæ legi morali ad omnes pertinent, Sicut, Honora patrem et matrem, ut sis longe uus super terram. Voco igitur legales promissiones, quia additæ sunt legibus moralibus, quæ ad omnes pertinent. Cum autem nemo legi satisficiat, essent irritæ promissiones legales, nisi ex Euangeliō iam sciremus, reconciliatos pronunciari iustos, perinde ac si legi satisficerent. Tunc igitur bona opera iudicantur quedam legis impletio, & merentur præmia, cum fiunt ab his, qui fide iam consecuti sunt remissionem peccatorum & reconciliationem. Facile autem iudicari potest, Ideo nos ad bene operandum frixioidores esse, quia somniamus opera & exercitia nostra indigna esse præmijs, aut certe frustra suscipi pericula & labores. Tanta est peruersitas animi humani, ut nec Euangeliō, nec legalibus

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

promissionib. credat. Si certo statueremus Deum  
nobis precantibus & pro nostris benefactis pacem  
& alia bona redditurum esse, maius in nobis su-  
dium esset recte faciendi. Ideo diligenter & no-  
bis ipsis & Ecclesiæ inculcemus non frustra su-  
scipi labores, sed magna præmia nos impetratu-  
ros esse benefactis nostris. Sic exerceri fidem  
Deus præcipit, & ob hanc causam operibus ad-  
didit promissiones, ut fidem per tales occasionses  
exerceamus, cogitemus nos daturos esse elemos-  
ynam, quia Deo placeat hoc officium, & quanta  
quam minus uideamur comparcere, tamen Deus  
sit facultates nostras conseruaturus, sic datuens  
pacem & alia publica cōmoda, que si non habe-  
remus, funditus perirent & priuate facultates.  
Hec de promissionib. legalibus duxi adscribenda  
esse, & ut sciamus nō esse irritas, quanquam les-  
gi non satisfacimus, sed obedientiam in reconcili-  
atis esse quandam legis impletionem, & ut mes-  
mincerimus in his operibus exuscitandam, exer-  
cendam & confirmandam esse fidem.

Exposui causas, que nos ad bene faciendum  
descendere debent. Necesitatem, dignitatem bo-  
norum operum, præmia, Exercitium fidei. Ad  
bas

## DE BONIS OPERIBVS.

has causas illa præcipue adiungenda est, quod  
quamvis obedientia imperfecta est, tamen iam  
placet in reconciliatis. Et quod a Spiritu sancto  
adiuuiamur & custodimur, ne Diabolus pertra-  
hat nos in errores perniciosos, aut ad flagitia.  
Ideo scriptum est, Non relinquam uos orphanos.  
Hoc beneficium, quam late pateat, quam gratum  
nobis esse debeat, nulla uox humana pro magni-  
tudine eloqui potest. Vidimus Anabaptistas his  
annis plane uelut fascino aliquo dementatos, pa-  
lam impias, absurdas & sediciosas opiniones ita  
mordicus tenere, ut non solum cripi sibi illas non  
patarentur, sed etiam superbissime contemnerent  
monitores. Ita sibi horribile exicum in multis lo-  
eis accessuerunt. Hic consideremus quantum  
Dei beneficium sit, custodiri ne decepti a diabolo,  
hos aut similes errores amplectamur. Nam mi-  
rificas diaboli insidias nulla humana prudentia  
sine Spiritu sancto satis cauere potest. Exusci-  
tent igitur nos ad benefaciendum etiam h.e cause,  
quod iam aliquo modo sit possibilis Lex, quia pla-  
cat inchoata obedientia, & quod promittitur no-  
bis auxilium.

E contra consideremus quantum noceant  
h. iij mala

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

mala opera. Primū merentur iram Dei & damnationem æternam. Præterea deformant Euangeliū & gloriam Dei, sicut inquit Prophetā. Propter uos male audit nomen Dei inter gentes. Quare multipliciter Deum offendunt. Tertio, habent poenas præsentes, Diaboli tyrannidem, qui impios in potestate habet, & impellit in omnis generis errores ac flagicia. Sicut Saul postquam exarsit odio Dauidis, adeo furit, ut etiam Sacerdotes innocentissimos homines crudeliter trucidet. Sequuntur & poenæ corporales, bella & aliae calamitates. Quarto, impediuntur omnia spiritualia exercitia, extinguitur fides in his qui indulgent cupiditatibus. Postremo, quod maxime horrendum est, peccata merentur induratio nem, & puniuntur peccatis, sicut Paulus Roma ma. 1. significat. Hæ causæ diligenter cogitande sunt, ut securitatem carnalem ejiciamus ex animis, & discamus timere iram Dei, ac nos ad hunc operandum excitemus. Est & breuiter addendum, quæ opera requirantur a Christianis, & qui sint ueri cultus Dei, uidelicet opera, quæ Deus nobis præcipit. Sicut Paulus docet cum ait, Summa legis est, dilectio ex corde puro, & conscientia bona & fide non ficta. Possunt autem apte

## DE BONIS OPERIBVS.

*Vt ete includi in decalogum.*

Pertinent ad primum præceptum pœnitentia, seu Timor, Fides, seu fiducia misericordie promissa propter Christum, quæ non est existimanda, leue aut frigidum opus, sed ingens motus est, quo in uera contritione, id est, ueris pauoris eriguntur corda, & uincunt terrores peccati & concipiunt consolationem & nouam ac spiritualem uitā. Estq; hæc fiducia assidue exercenda in invocatione, in omnibus periculis & negotiis, & petendum, ut Deus misereatur nostri, ac sanctificet, regat, gubernet, adiuuet nos. Ita in omnī uita latissime patent exercitia huius fidei. Et hac fiducia parit dilectionem Dei, Cum enim aequali uimus magnitudinem misericordie Dei, iam diligere incipimus, & statuimus nos curæ esse Deo & exaudiri &c. Pertinet ad primum præceptum etiam obedientia in afflictionib. seu patientia, de qua suo loco dicemus.

Ad secundum præceptum pertinent, Inuocatio, Gratiarum actio, Confessio doctrinæ, & Predicatio uerbi Dei, si postulat uocatio.

Ad tertium, conseruatio publicarum cæremoniarum,

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

moniarum, que diuinitus ordinatae sunt, reu-  
rentia erga ministerium.

Ad quartum, officia uitæ ciuilis, obediens-  
tia, diligentia in obeunda uocatione.

Ad quintum, dilectio proximi, iusticia &  
beneficentia erga proximos.

Ad sextum, Castitas, fides coniugij, Tem-  
perantia & Sobrietas.

Ad septimum, Iusticia in contractibus &  
usu facultatum, liberalitas clemosyne.

Ad octauum, Veritas in omni uita, odisse  
simulationem & mendacia.

Sed supra prolixius enarrauimus decalogi,  
ex quo recte intellecto bene iudicari poterit, qua  
opera Deus postulet.

Dixi de iustificatione, de fide, de legis im-  
pletione, seu de bonis operibus simplicissime & si-  
ne Sophistica. Nec video quid offendere in hac  
sententia

## DE BONIS OPERIBVS.

Sententia bonos possit, cum nihil habeat absurdum, nihil perplexum, cum non sit nova, sed in sacris literis clare tradita, et consentanea scriptoribus Ecclesiasticis, denique; cum sit utilis pietati, et non inanem speciem pietatis adumbret, sed uera fidei exercitia monstruet, ac doceat nos de nostra infirmitate, et illustret Christi beneficium, de remissione peccatorum plane et simpliciter docet, et firmam consolationem conscientias proponit. Qui sint ueri cultus Dei, quo modo placeat inchoata obedientia explicat. Denique quid est causa cur tantopere ab hac nostra sententia abhorrent quidam, in qua hoc in summa dicimus. Necesse est peccatorum, et tamen remissionem peccatorum, ut sit certa, contingere non propter dignitatem nostrorum operum, sed fiducia Christi. Non tollimus bona opera, tantum causam remissionis peccatorum transferimus in Christum, Et nihil hic absurdum de libero arbitrio, aut praedestinatione admisceo. Ostendo doctrinam fidei ad hoc tradi, non ut perturbet conscientias, sed ut ueram, piam, et firmam consolationem proposat, deinde ut in omni uita tencamus pia et spiritualia fidei exercitia. Quid haec habent in commodi? Scholastici doctores, de hac fide, seu fiducia

LOCI COMMV. PH'LIPI. MELANTH.

fiducia, qua remissionem peccatorum consequimur, prorsus nihil dicunt, Imo etiam iubent dubitare. Deinde nimium extenuant immundiciem & corruptionem naturæ. Idco fungunt homines posse sine peccato esse, et propria impletione legis iustos esse. Hæ tenebræ sane obscurant doctrinam de fide. Non enim potest intelligi, quam sit opus misericordia, cum nimium extenuatur naturæ immundicies, & confirmatur fiducia propriæ puritatis. Ista seu Platonica, seu Stoica scio magnifice dici, in homine efficiendam esse omnium uirtutum absolutionem, & nescio quare πταθφη, & hoc genus alia. Hæc cum ita discuntur, ut obruatur pura doctrina de fide, aut cum de fide nihil prorsus dicitur, nō habent usum in uita.

Dilutio.

NEC uero difficile est dissimilia dicta, que ciantur contra sententiam, quam recitauit de fide, conciliare. Ego non solum calumnias & uectatorias interpretationes in causis religionis, sed etiam non necessarias ἀνγιβολογίας odi. Ac satis apparet me hoc agere magno studio, ut ples-

## DE BONIS OPERIEBUS.

rasq; controvcrsias ex illis disputationum inuolueris, et ex Sophistica, quantum possum, euoluam. Quare simpliciter respondeo ad omnia dicta, quæ de lege, seu iusticia bonorum operum citantur. Fatoe necceſſariam esse nostram obedientiam, seu iusticiam bonorum operum, sed haec non placet, nisi in reconciliatis, seu iustis, Nemo enim legi satisfacit. Quare prius oportet nos fide consequi remissionem peccatorum, & fieri filios Dei. Et haec fides nicitur non nostra dignitate, sed tantum misericordia propter Christum promissa. Postea placet etiam nostra obedientia. Hec est simplex & plana responsio, sumpta ex ipsis negotijs solum, non est astuta excogitata. Constat enim omnibus opus esse remissione peccatorum. Deinde quia nemo legi satisfacit, certe dictis de lege ali- <sup>qua επιεικες</sup> addenda est. Ideoq; Paulus in <sup>mo 9 vers 10</sup> Christum esse finem legis, hoc est, legem sine Christo non prodesse, quare semper addendum est legi, Euangeliū de fiducia in Christū. Nec secundi sunt, qui somniant hominem iustum esse propria legis impletione, Et nihil interim de fiducia misericordiae dicunt. Breuiter igitur aliquot locos percurram.

Si quis in uitam ingredi, serua mandata ero.

Ergo

*dictum sive scriptum*

## LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Ergo uita æterna datur propter legem, seu propter obseruationem mandatorū. Responso, Cum nemo legi satisfaciat, & nemo sit sine peccato, perirent omnes, si non possent salui fieri, nisi legem implessent. Hæc absurditas sequitur ex hoc dicto, si quis tò pñlop acerbe sine ulla interpretatione retinere conetur. Necesse est igitur adiudicere interpretationem, uidelicet, obedientia erga legem est necessaria. Sed legi addendum est Euangelium de Christo. Prius oportet nos per misericordiam propter Christū fieri filios Dei. Postea sequi debet obedientia nostra, quæ quoniam est imperfecta, persona pronuntiatur iusta, id est, accepta, propter aliud, uidelicet, propter Christum. Nam si sentiendum esset nos Deo placere propter hanc impletionem legis, conscientia redideretur incerta. Ideo prius aliud proponi nescie est, propter quod statuamus nobis Deum propicium esse. Et quia propter Christum persona iam placet, placet etiam hæc inchoata obedientia.

Iacobus ait, Videtis igitur, quod ex operibus iustificatur homo, & nō ex fide solum. Ac uideatur Iacobus disserit hanc sententiam eo confilio posuisse, ut adderet Pauli dictis correctionem. Et emendaret Exclusiām, de qua supra dictum est. Equidam

## DE BONIS OPERIBVS.

Evidem nō sum pugnax, & soleo facilime transi-  
bere cū aduersarijs, non prorsus iniquis. Libenter  
igitur assentior Iacobo, modo ne affinganur ei  
aut absurdæ opiniones, aut alienæ sententiae. Nec  
opus est procul querere interpretationem. Ipsa  
verba aspiciamus. Si Iacobus intelligit fidem, no-  
ticiam historiæ, quemadmodū ait. Demones cre-  
dunt, nulla controvërsia est. Et tota illa Iacobi  
concio loquitur de iusticia operū, non de remissi-  
one peccatorum, non de illo agone conscientiæ,  
de quo ait David. Non iustificabitur in conspectu  
tuo omnis uiuens. Nam Paulus intelligit fidem,  
fiduciam misericordiæ, qua accipienda est re-  
missione peccatorum, & liberanda conscientia a  
terroribus peccati. Hæc fiducia non potest tribui  
diabolo. Si igitur Iacobus aliud intelligit fidem,  
quam Paulus, nihil disserit. Ut enim Iacobus cū  
noticiam historiæ, seu professione, requirit bona o-  
pera. Sic & Paulus inter cæterā bona opera re-  
quirit & noticiam historiæ, seu professiōem arti-  
culorum fiduci, interim alia disputatio est, quon-  
modo consequamur remissionem peccatorum, an  
propter dignitatem operum nostrorum, an uero  
per misericordiam. Hæc est simplex & uera re-  
ponsio. Sed morosis addam & alteram. Etiam  
fide

LOCI COMMV. PHILI. MELANTH.

Si de fide, more Pauli loqueretur, tamen concedo,  
ut iam saepe dixi, utramq; iusticiam necessariam  
esse, iusticiam fiduci et iusticiam operum. Sed hoc  
posterior, uidelicet, iusticia bonorum operum,  
non est iusticia, quæ possit opponi iudicio Dei, nec  
placet nisi in reconciliatis. Prius igitur conse-  
quimur remissionem peccatorum, & fit persona  
iusta, id est, accepta per misericordiam propter  
Christum, fide, non propter dignitatem sequentis  
obedientie. Postea uero sequens obedientia est  
iusticia, hoc est, placet Deo. Nihil est incommodi,  
si hoc modo accipiatur dictum, iustificamur fide  
& operibus, id est, utramq; iusticia requiritur, sed  
si quis affingit, quod fides de qua in Paulo aut  
Genesi mentio sit, non profit ad remissionem pec-  
catorum, nisi propter dignitatem operum, quantum  
sequatur incommodi, etiam atq; etiam consi-  
derandum est, Fieret enim incerta remissio pec-  
catorum, Nullam haberent conscientiae firmam  
consolationem, Euerteretur omnino fides, que  
cum nititur nostra dignitate, fit incerta. Eruditus  
ex Phrasi facile est iudicare, quid significet uero  
bum iustificari. Nam hic apud Iacobum, non sis  
gnificat consequi remissionem peccatorum, sed  
reconciliacionem, sed iustificamur, id est, habentes  
fident

## DE BONIS OPERIBVS.

fidem & opera, habemus iusticiam utramq; quæ requiritur. Paul. autē aperte de remissione peccatorū loquitur, et iustificatiōem intelligit remissionem peccatorū, et reconciliatiōem, seu eā acceptationē, qua persona corā Deo accepta est, Hec autē cōtingūt per misericordiā. Spero bonis uiris abunde satisfactum esse de loco Iacobi, presertim cum ego ḥ̄ Tōp proprie teneam. Illi, qui affinunt, quod remissionem peccatorum consequamur propter dignitatem operum, & fidem non prodeſſe, niſi propter dignitatem operum, aſſūt ſententias alienas Iacobo, Imo corrumpunt fidei appellationem. Nam fides ut fit certa, debet tantum misericordia niti. Qualis carnificina erit conſciencie, ſi ſic ſentiendum erit, Tunc habere nos remissionem peccatorum, cum opera tanto digni beneficio habemus. Hæc imaginatio & conſcientias ad desperationem adigit, & gloriam Christi obruit, & fidem abolet, Quare non eſt uſſingenda Iacobo, Sed teneamus ḥ̄ Tōp ſimpliſter, ut dixi, ſine his absurdis opinionibus.

Pleraq; alia dicta alibi ſatis interpretatus ſum. Si omnem fidem habeam, dilectionem autem non habeam, nihil ſum. Hic Paulus docet necſariam

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

sariam esse dilectionem, seu obedientiam nostram.  
Id ego quoq; iam toties dixi. Nec uero dicit  
Paulus, remitti peccata propter nostram dilos  
tionem.

Remittite & remittetur uobis, concio est  
de pœnitentia, Prior pars præcipit de pœnitentia,  
Secunda offert remissionem peccatorum.  
Nec assui debet, quod contingat remissio proper  
dignitatem nostræ condonationis, Neq; enim hoc  
Christus dicit, ut in sententia, Definite mala fœ  
cere, Et sequitur postea, Si fuerint peccata ne  
stra, ut coccinum &. iterum eluentur. Hic &  
in similibus dictis, non est statim assuendum, quod  
propter nostram contritionem remittantur pes  
cata, Sed sciendum est promissionem oportere  
fide accipi. Gratum est autem in his sententijs,  
quod operi nostro addita est promissio, non quod  
ex dignitate nostri operis pendeat, sed ut nostrum  
opus sit signum & uelut Sacramentum, quod ad  
moneat nos de uoluntate Dei. Sicut & Baptismus  
signum est, quod admonet certo nobis ignosci illa  
cum nos cōdonamus alijs, opus nostrum admonet  
nos, ut annexam promissionem intueamur, &  
statuamus nobis quoq; condonari peccata.

Idem

## DE BONIS ODERIBVS.

Idem iudicandum est de similibus sententijs,  
que sunt conciones pœnitentiae, qualis est. Redi-  
me peccata tua iusticia, et beneficijs erga pau-  
peres, Et erit sanatio delictorum tuorum. Altera  
pars præcipit de pœnitentia, Redime peccata  
tua iusticia et beneficijs erga pauperes, hoc est,  
resipisci, sis iustus, agnosce Deum, credito,  
deinde regnum tuum ita administrato, ut poten-  
tiam tuam ad salutem hominum conferas, non ad  
hocendum. Concionatur. n. Regi, et non solum de  
elemosynis, sed de agnitione Dei, de fide, postea  
de eius uocatione, hoc est, de iusticia et beneficen-  
tia in imperio exercenda, quæ duae uirtutes ma-  
xime coli a summis Regibus debent. Ita redi-  
me peccata, id est, impetrabis, ut tollatur reatus,  
tum culpa, tum poena, quia conuersis promittitur  
uenia non propter pœnitentiae dignitatem, sed  
per misericordiam, si cum fide apprehendant,  
Et tamen necessaria est pœnitentia. Altera pars  
promissio est, Erit sanatio &c. quæ certe debet  
fide accipi, Et ut sit certa non debet pendere ex  
conditione nostræ dignitatis. Sententia in Tobia,  
Elemosyna liberat a morte, & similes, significant  
elemosynas mereri ingētia beneficia, ut defendat  
Deo in magnis periculis. Preconia sunt bo-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH'

norum operū, quæ sunt sane amplificanda, sed ita  
ne Christi beneficium obscuretur. Remissionem  
culpæ consequimur fiducia Christi. Cæterum scī-  
endum est bona opera mereri remissionem pa-  
narum temporalium, seu mitigationem, ut sua  
loco dicetur. Neq; hoc beneficium leue ducenda  
est, regi difficilimas uitæ tempestates, mitigari  
calamitates, pub. bella, famem, dissipationes pub-  
status & alia mala. Horum mitigationem erit  
merentur bona opera. Ideo de hoc beneficio sepe  
concionantur sententiæ scripture. Vt Esiae 55.  
Frange esurienti panem, & requiem dabit Ibi  
Dominus semper. Eodem referri potest, Dilectio  
operit multitudinem peccatorum, id est, mereatur  
mitigationem pœnarum.

Obiicitur & de mercede. Vita æterna ap-  
pellatur merces, Ideo debetur pro operibus, et no-  
datur gratis. Item, sunt digna uita æterna, tan-  
quam debita mercede. Priusquam ad hoc argu-  
mentum respondeo, primū admonendus est lector,  
ut suam ipse conscientiam in hoc argumento con-  
sulat, Nunquam enim ulla perita conscientia af-  
firmabit sua benefacta, digna esse uita æterna  
aut deberi sibi uitam æternā propter dignitatem  
operum.

## DE BONIS OPERIBVS.

operum. Quare impudenter faciunt, qui hoc argumentum obiciunt, cum reclamet in omnib. iudicium conscientiae. Quod autem conscientia reclamet, testatur David, qui ait. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et Christus dicit, Cum feceritis omnia, dicite serui inutiles sumus. Quae si quis conscientiam, quae angitur de spe uitæ eternæ, iubet intueri in benefacta, et mundiciem propiam, et meriti dignitatem, et propter hanc expectare uitam æternam, is nequaquam proponit firmam consolationem animo luctanti cum desperatione. Hic certe docenda est mens, ut sciat fiducia misericordiae certo simul et iustificationem, et donationem uitæ æternae contingere. Ideo Paulus inquit, Donum Dei uita æterna. Et Ezechias sicut peccata, Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Et David, Beatus uir, cui non intercedit Dominus peccatum. Q. d. omnibus intercedit peccatum potest, Quæcunda est igitur misericordia, et statuendum, quod ita iustificet, seu acceptet nos Deus, quia remittit peccata. Et haec iusta iustificatio semper iam nouam uitam et obedientiam secum affert. Paulus inquit, uictoriam mortis contingere fiducia Christi, non propter nos

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

stram dignitatem cum ait. Aculeus mortis peccati est, Potentia uero peccati Lex, Deo autem gratia. qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum Q. d. Si nostram dignitatem metiremur, Lex semper accusaret nos etc. Et Ioan. 6. Hec est uoluntas Patris mei, qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitam æternam. Ioan. 3. Qui credit in solationes proponendæ sunt animo confitentium cum desperatione, & expectanda uita æterna propter Christum, non propter dignitatem propriam.

Cur igitur uocatur merces? Ne hic quidē argue respondebo. Etiā si uita æterna uocatur merces, aut dicitur deberi iustis, tamen hoc nō debet intelligi, quod debeatur propter dignitatē nostrarum operum, sed propter promissionem, que quidem pollicetur non propter legem, aut dignitatem nostrorum operum, sed propter Christum, his quā fide misericordiam apprehendunt. Quare cum uita æterna uocatur merces, figura est a lege sumpta. Lex enim solet loqui de iusticia, uelut de nostra dignitate, & huic mercedem promittit. Lo-

## DE BONIS OPERIEBUS.

quitur & de fide, tanquam de opere ac merito.  
Et tamen ex Euangelio scire oportet, quod iustis-  
ficatio & donatio uite æternæ fide per miseri-  
cordiam contingent propter Christum, non pro-  
pter dignitatem nostrorum operum. Deinde cum  
scriptura mercedem operib. promittit, sciendum  
est, et si uita æterna contingit propter aliam cau-  
sam, tamen quia etiam compensat afflictiones &  
beneficia, hac ratione mercedem recte appellari.

Certe enim nostra opera non sunt preium  
tanti muneris. Et tamen ipsum munus, compensa-  
tio quadam est. Sicut filio familias contingit he-  
reditas propter aliam causam, & tamen officia  
eius compensat. Non decet ita acerbe interpre-  
tari uocabulum mercedis, ut transferatur Chri-  
stii beneficium in nostra opera, ut conscientie adi-  
cantur ad desperationem, quæ iudicant se non  
sunt operum habere, aut ut hypocrite concipi-  
ant manem fiduciam meritorum, fingant se ha-  
bere opera digna, se esse sine peccato, se legi sa-  
tisfecisse, imo etiam amplius fecisse. Et superflua  
merita alijs uendant. Repudiatis his ineptis opi-  
nionibus facile est postea uidere, ubi quadret uo-  
cabulum

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

cabulum mercedis. Nam opera ut diximus mea  
rentur sua premia.

Fide sumus iusti,  
Fides est opus,  
Ergo operibus sumus iusti.

Respondeo ad Maiorem. Fide sumus iusti, non quia est opus aut qualitas in nobis, sed quia accipit misericordiam. Et ut res fiat planior, transformanda est oratio in correlatiuam. Fide sumus iusti, id est, per misericordiam pronunciamur iusti, sed hanc oportet fide accipi. Minor est uera, Fides est opus. Sicut autem alia opera, scilicet uirtutes aliæ imperfectæ sunt, ut dilectio, patientia, castitas, ita fides est imperfecta. Quare nec propter dignitatem fidei iusti sumus, sed quia misericordiam accipit. Nam fides instrumentum est, quo misericordia propter Christum promissa apprehenditur, qua misericordia, ut ait Paulus, consummati sumus.

Iusticia est obedientia erga totam legem,  
Bona opera sunt obedientia erga legem,  
Ergo

## DE BONIS OPERIBVS.

Ergo bona opera sunt iusticia.

Primum neganda est minor, Nam bona opera non sunt perfecta obedientia erga legem, quia, ut ait Paulus, natura carnalis non potest perfecte obedire legi Dei. Essent autem iusticia, & iustificarent, si perfecte obediremus legi. Deinde ad maiorem respondeo, iusticia legis est obedientia erga totam legem, sed quia hanc non prestamus, Ideo Euangelium assert gratuitam iustificationem. Significat igitur imputationem iusticie, qua per misericordiam accepti sumus, non propter dignitatem virtutum nostrarum, Ita in Paulo & sepe alias intelligi debet iusticia. Et prudenter uidendum est, ubi scriptura loquatur de iusticia legis, aut de hac imputatione. Ad iustitiam legis quadrat appellatio ex quinto Ethicorum, ubi iusticia uniuersalis significat obedientiam erga omnes leges. Ceterum bona opera, seu virtutes in reconciliatis reputantur esse quedam legis impletio, ut dictum est. His conuenit appellatio iusticie ex quinto Ethicorum.

Iusticia est in uoluntate,  
Fides non est in uoluntate.

i p

Ergo

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Ergo Fides non iustificat.

Respondeo. Maior est uera de iusticia legis, quæ significat nostram obedientiam, nostras uirtutes et qualitates in uoluntate. Sed cum de iusticia fidei loquimur, Iusticia significat imputationem iusticie, seu acceptationem, qua Deus nos per misericordiam, non propter nostras qualitates aut dignitatem acceptat. Opus est autem fide quæ hanc acceptationem, quæ in promissione proponitur, apprehendat. Et haec fides non est tantum noticia, sed etiam uelle & accipere promissam misericordiam, sicut alioqui fiducia, motus est, seu habitus uoluntatis, quo auxilium oblatum accipimus, aut expectamus. Quod autem fides huiusmodi fiduciam significet, supra ostendi.

Opera contra legem sunt peccata,  
Ergo bona opera sunt iusticia. Consequen-  
tia nota est ex natura contrariorum,  
Iustificant igitur.

Respondeo, Consequentia ualeret, si legi  
satisfacremus, Tunc enim bona opera et essent  
iusticia, & iustificarent, Cum autem homines

## DE BONIS OPERIBVS.

non satisfaciant legi, nec sint sine peccato, ne-  
cessitate est aliud querere, uidelicet, misericordiam,  
qua iusti pronunciemur.

Remissio peccatorum pendet ex conditione  
poenitentiae, igitur est conditionalis. Antecedens  
probo, quia impossibile est peccatum actuale remitti  
nisi accedit mutatio actus, igitur mutatio actus  
saltem aliqua partialis causa est iustificationis,  
& aliqua ex parte meritum.

Respondeo. Neganda est consequentia, Cū  
enī de conditione loquimur, intelligimus condi-  
tionem nostrae dignitatis. Ceterum concedimus,  
quod promissio habeat conditionem poenitentiae,  
& quod mutatio actualis peccati sit necessaria.  
Sed tamen detrahimus huic mutationi dignita-  
tem, uidelicet, ut maneat certitudo. Nam etiane  
cum externum opus abieccimus, tamen affectus  
ad huc herent in animis. Nunquam igitur pror-  
fus cessant viciosae actiones. Fieret ergo incerta  
promissio, si ex dignitate eius mutationis pende-  
ret. Preterea peccata remittuntur etiam si ad-  
huc herent ac manent in hominibus, concipi-  
scientia

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

scentia & uiciosi affectus. Ideo facile intelligi  
potest opus esse gratuita remissione.

Secundo. Illud desinere plenum est despe-  
ratione, pauroibus & morte, Ideo nec iusticia  
nec premium est, Sicut et Paulus detrahit legi ius-  
tificatiōem, quia Lex iram efficiat. Quare ma-  
nifestum est, non posse tribui iustificationem con-  
tritioni, quia ipsa contritio fieret mors eterna,  
nisi liberaremur ab illis terrorib. erecti fide. Iam  
si penderet remissio ex dignitate contritionis,  
magis magisq; rueret conscientia in mortem, cum  
uideat nullum quamlibet magnum dolorem, di-  
gnum esse premium remissionis.

Hæc diligenter consideranda sunt, ut scia-  
mus requiri contritionem, & tamen dignitatem  
alio transferendam esse. Item, ut consideremus  
naturam legis & operum. Si enim precipuum  
opus legis, uidelicet, damnare peccatum, &  
ira ci peccato, non iustificat, sed affert mortem,  
magnum testimonium est, lege non iustificari  
nec uiuificari homines, sed opus esse consolatio-  
ne, quam fides affert. Et tamen cum accedit fi-  
des, contritio illa & mortificatio fit sacrificium,  
& pla-

## DE BONIS OPERIBVS.

¶ placet Deo. Quare in omni uita & poenitentia crescere debet, & exerceri fides, quæ erigat perterrefactas mentes, & in omnibus periculis & negocijs exuscitet nos, ut inuocemus Deum.

Non enim potest existere Inuocatio si conuictus nos reiectos esse, non exaudiri &c. sicut Paulus inquit. Quomodo inuocabunt, si non credant? Veros igitur cultus Dei & precipua opera alit hæc doctrina de fide, quam qui contemnunt, et si iactitant se bonorum operum doctores esse, tamen hæc propria Christianorum opera non intelligunt, & ab horum conspectu oculos ergi animos hominum abducunt tanum ad extera opera, quæ etiam si sunt necessaria, tamen longe inferiora sunt inuocatione Dei. Exerceamus igitur fidem in inuocatione, in omnibus uitæ periculis, ac negocijs, petamus ut Deus sanctificet, gubernet, ac seruit nos. Ibi experiemur nobis opus esse hac consolatione, quod Deus sit nobis propicius certo per misericordiam, quod exaudiat nos, quanquam simus indigni. Sicut David in Psalmo ait, Si iniquitates obseruaueris Domine, quis sustinebit? Quia apud te propiciatio est,

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

atio est , propterea timeberis . Sustinuit anima  
mea in uerbo eius , speravit anima mea in Domini  
no. Id est , Agnosco me esse immundum , Et tan  
men erigo me & confido , te mihi propicium esse ,  
propter promissam propiciationem . Hac fide  
nos quoq; erigamus , & meminerimus hanc ora  
tionem pertinere ad eos , qui agunt pœnitentiam ,  
non ad illos , qui securi indulgent prauis cupidis  
tatibus . Hunc ipsum Psalmum quotidie Deo de  
cantemus , hac Musica piæ mentes se consolentur  
et erudiant , ut ueros cultus Deo reddere discant.

Atq; ita demum intelligentur & dulces  
cent dicta in Psalmis , de misericordia , & que  
iubent nos letari , confidere , sperare , cum ad  
hanc Pauli doctrinam respiciemus . Nam omnia  
illa dicta exequuntur animis , si cogitent misera  
cordiam promitti , sed dignis , & satis meritis ,  
Nos uero indignos esse tanto beneficio . Ideo di  
scamus ex Paulo remissionem peccatorum gra  
tis promitti , atq; ita intelligamus Psalmos concia  
onari de gratuita misericordia . Et haec senten  
tiae , quæ iubent letari , confidere , sperare , illis  
ipsis concionantur , qui sentiunt se indignos esse ,  
ideo

## DE BONIS OPERIBVS.

ideo iubent eos letari, ut eximant desperationem, & admoncent, quod promissa sit gratuita misericordia.

Hæc consideranda sunt, cum recitamus illa in Psalmis. Letentur & exultent gentes, quia recte iudicas populos, & gentes in terra diriges, id est, quia uere regnas, dedisti Euangeliū, respicis nos, remittis peccata credentibus, exaudiens inuocantes te, quanquam sint infirmi, indigni, Econtra illos, qui non credunt, punies & perdes. Et Psalmo 41. Quare turbata es anima mea, Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor ei. Significat enim se perterrefactum esse propterea, quod sentit se indignum esse. Et tamen erigit animum, & statuit Deum sibi propicium esse.

Cum sic intelliguntur hæc dicta, tum deum consolationem ingentem afferunt his, qui agunt poenitentiam. Nam hi soli iudicare possunt, ubi habeat usum, & quam uim habeat hæc doctrina de fide, uidelicet, in agone conscientis agentis cum Deo, in inuocatione. Sed desinno pluræ

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

no plura exempla colligere, sunt enim piis obuiis  
in quotidianis precationibus, in quibus certe fi-  
des assidue excitanda, & confirmanda est in  
omnibus uitæ periculis. Nam hunc cultum pres-  
cipue requirit Deus, quem prorsus non intellis-  
gunt illi, qui hanc doctrinam de fide obruant,  
aut delere conantur. Homines partim imperiti,  
partim mali, uociferantur nos dissentire ab Ecclesie,  
incendunt iracundiam Principum aduersari-  
us nos. Ego uero pios lectors spero indicati-  
os esse, germanam Ecclesie sententiam a me &  
retineri & illustrari, ac aduersarios potius dis-  
sentire a veteri & puriore Ecclesia, & uere  
*ab amm. Farri sive* & Tymachylo, qui cum de remissione peccato-  
rum docent, prorsus nullam mentionem faciunt  
fidei, hoc est, fiduciae in Christum, Imo iubent  
dubitare de remissione peccatorum, deinde ad-  
dunt eam contingere propter dignitatem no-  
strorum operum, & tamen semper dubitam  
dum esse, utrum contigerit, Et affingunt hos  
nunc posse legi satisfacere, & sine peccato esse.  
Sed iudicium sit ipsius Ecclesie, hoc est, pio-  
rum & doctorum. Ego quidem τὸν ἐυαγγελίον  
διηχάω φύσει monstrare conatus sum.  
De discri-

## De discriminine peccati mortalis ac venialis.

**P**ECCATVM mortale, hoc est, dignum morte æterna, in genere intelligi debet, nō tantum aliqua actio, sed etiam morbus hærens in natura, qui uocatur peccatū originis, uidelicet uare metu Dei, dubitare an Deus curet humana, an respiciat & exaudiat &c. non confidere quod Deus uelit ignoscere, uelit saluare, Item, concupiscentia. Quare impi, hoc est, qui non apprehendunt remissionem peccatorum fiducia Christi, habent peccata mortalia & damnantur, etiamsi non habeant actiones externas flagitiorum. Idq; testantur pleriq; sententiae Ioan. 3. Qui non credit iam iudicatus est, Qui nō credit in nomine unigeniti filij Dei. Item. Qui credit filio habet uitam æternam, Qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum. Sed dicamus de iustificatis.

Vetus partitio est peccati, in mortale & veniale, uarie autem explicatur. Nos breuiter ita dicimus. Primum de morbo illo naturæ, hoc est, de cōcupiscentia, seu uicio originis quod residuum est in omnibus, Hunc morbum natura sua k. peccatum

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

peccatum mortale esse, sed condonari his, qui fide  
apprehendunt remissionem peccatorum. Nulla  
nunc damnatio est his, qui in Christo Iesu ambu-  
lant. Deinde ille morbus non est ociosus, sed gi-  
gnit cupiditates & affectus uiciosos etiam in  
sanctis, sicut Paulus fatetur in sanctis existere  
tales affectus cum inquit. Caro concupiscentia ad-  
uersus spiritum. Item, si spiritu actiones carnis  
mortificabitis, uiuetis. Sicut autem non est exte-  
nuandus ipse morbus, ita nec hi affectus leuia uia-  
cia duci debent, sed etiam sunt sua natura peccata-  
ta mortalia. Non enim leuia peccata sunt, da-  
bitare an Deus respiciat nos, an exaudiat, in ad-  
flictione stomachari aduersus Deum, diffidere  
Deo, confidere presentibus rebus. Item, incendi  
iniusto amore, odio &c. Huiusmodi affectus,  
quia condonantur sanctis, fiunt peccata uenialia,  
hoc est, condonata. Sancti enim non probant ta-  
les affectus, sed repugnant eis, et fides in talibus  
qui repugnant adhuc existit, ideo interim tam  
pronunciantur iusti. Nec adfero hic stoicam dia-  
stinctionem de primis motibus et de assensu. Tanta  
matur assensus priusquam satis intelligi motus  
possint. Illud necesse est scire, quod iusti repul-  
gnare

## DE DISCR. PEC. MORT. AC VENIALIS.

gnare illis motibus debent. Hæc omnia docet Paulus in illo loco. Nunc nulla damnatio est his, qui in Christo Iesu ambulant.

Sed est aliud quoddam genus actionum, quæ sunt eiusmodi, ut qui eas admittunt, excidant gratia Dei, desinant reputari iusti, & damnentur, nisi resipiscant, hæc actiones vocantur peccata mortalia. Quanquam autem gradum exactissimum constitucere huius generis difficile est, & causa vendum est, ne aut pauidi ad desperationem videntur, aut duriores reddantur securi, tamen certe aliquis gradus legis tenendus est. Ac Paulus gradum constituit, cum inquit, Dilæctio ex puro corde & conscientia bona & fide non suffit. Requirit enim bonam conscientiam, Et quidem regi conscientia debet uerbo Dei. Itaq; in hoc genere actionum peccatum mortale est, probare aut facere aliquid contra conscientiam, hoc est, inpijs opinionibus, incredulitati, uiciosis affectibus non repugnare. Item, externa flagitia committere contra mandata Dei, Loquimur enim nunc de actionibus, quibus admissis homo definit pronunciari iustus. Non loquimur iam de morbo naturali, nec de peccatis ignorantiae, quæ con-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

iungo cum morbo naturali. De his actionibus lo-  
quitur Paulus cum inquit. Si secundum carnem  
uiuetis moriemini. Item, 1. Corinth. 6. Ne er-  
retis. Neq; fornicatores, neq; idolatræ, neq;  
adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubito-  
res, neq; fures, neq; defraudatores, neq; ebriosi,  
neq; conuiciatores, neq; raptore regnum Dei  
possidebunt. Item, Ephe. 5. Hæc scitote quod  
omnis scortator aut impurus aut auarus qui est  
idolatra, non habet hæreditatem in regno Christi  
et Dei. Nemo uos decipiatur vanis sermonibus,  
propter hec enim uenit ira Dei in inobedientes.  
Gala. 5. Manifesta sunt opera carnis, adulterium,  
scortatio, immundicia, impudicicia, Idolatria,  
ueneficium, odia, rixæ, emulations, dissidia,  
sectæ, iniuidentia, cædes, ebrietates, comedatio-  
nes, et similia his de quibus prædico uobis, quod  
qui talia agunt, Regnum Dei non possidebunt.

Item, Euangelium prædicat et requirit  
poenitentiam, pugnat autem cum poenitentia fa-  
cere contra conscientiam. Nec fides potest ex-  
istere in eo qui facit contra conscientiam. Fides  
enim est fiducia quod placeamus Deo, hanc fidu-  
ciam excuti necesse est, cum mens approbat aut  
faciat

DE DISCR. PEC. MORT. AC VENIALI.

ficit aliquid, quod seit Deo displicere, sicut ex  
Paulus ait, Qui dubitans comedit condemnatur,  
quia non ex fide, Quicquid autem non est ex fide,  
peccatum est, hoc est, Cum conscientia sentit se  
displicere, iam abiecit fidem, Quare ex pecca-  
tum est quod conscientia iudicat Deo displicere.

Tenendus est igitur hic gradus in actionib-  
peccatum mortale esse facere contra conscienti-  
am, hoc est, approbare aliquid, aut facere ali-  
quod opus, quod conscientia iudicat displicere  
Deo. Ideo Paulus requirit ut supra dictum est  
dilectionem ex conscientia bona. Et Timotho  
precipit, ut militet bonam militiam habens fidem  
et bonam conscientiam. Et 2. Corinth. 1. Hæc  
est gloriatio nostra testimonium conscientiae no-  
stre. Et ad Gala. Unusquisq; probet opus suum,  
ita in se ipso gloriationem habebit, hoc est, bonam  
conscientiam. Hanc gloriam iustos habere necesse  
est, ut uidelicet agentes penitentiam non persecue-  
rent in ihs que iudicant se fecisse contra uolunta-  
tem Dei, sicut scriptum est. Nolo mortem pecca-  
toris, sed ut conuertatur et uiuat. Item, Si dis-  
pergo impio morte morieris, et egerit peniten-  
tiam a peccato suo feceritq; iudicium et iusticia

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

am &c. uita uiuet.

Quare necesse est iustos habere hanc gloriam bonae conscientiae. Et tamen interim scire eos oportet hanc ipsam obedientiam quam praestant, non esse perfectam, sed multum habere uicij. Ideoq; in iudicio Dei non confidant dignitate operum, sed confidant personam iustum, id est, acceptam esse propter Christum, sicut & Paulus requirit bonam conscientiam, & tamen alio transfert iustificationem cum inquit. Nihil mihi conscientius sum, sed in hoc non iustificatus sum. Ita & Ioannes ait. In hoc cognoscimus, quod ex ueritate sumus, & coram eo habemus tranquilla & pacata corda. Hic requirit bonam conscientiam, uere diligimus cum ita diligimus, ut nos conscientia nostra coram Deo non reprehendat. Deinde addit de iustificatione. Sed et si condemnet nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, id est, Etsi sentimus dilectionem nostram non satis puram esse coram Deo, nos non satisfacere legi, tamen inquit retinenda est fiducia misericordie Dei, quæ nos pronunciauit iustos, ac maior est quam nostra infirmitas. Ideo rursus addit. Si non reprehenderit nos cor nostrum, habemus fiduciam ad Dcūm. Hæc plurimum refert habere bene con-

## DE DISCRI. PEC. MORT. AC VENIALIS

gnita & meditata, ut seruemus hoc quod Paulus  
inquit. Ne contristetis Spiritum sanctum Dei,  
signati sumus ad diem redemptionis, hec est, ne  
beneficium Christi abijciamus & perecamus.

Præterea ad hoc genus peccati mortalis,  
pertinent etiam peccata omissionis & ignorantiae  
affectiones. Nam hæc ipsa affectione est contra  
conscientiam, ut si quis nolit cognoscere Euange=   
lium, aut nolit intelligere officium suum, aut alio=   
qui negligenter faciat. Ideo Paulus dicit, Ve mihi si non Euangelizem. Talia & nunc sunt mul=   
torum peccata, qui negligunt audire & cognos=   
cere Euangeliū, cum sciant mandatum esse.  
Hunc audite, Talis erat & Iudeorum ignoran=   
tia, qui Christum persequebantur de qua Christus loquitur. Si cæci essetis, peccatum non habe=   
retis, nunc dicitis uos uidere &c. Sic peccata  
mortalia sunt gentium Idolatriæ &c. Sed dixi  
principio de peccatis illorum, qui prorsus sunt sine  
noticia Christi. In talibus enim & ipse morbus  
naturæ, & omnes uiciosi affectus sunt peccata  
mortalia.

De prædestinatione.

k iij

Neg

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

**N**E<sup>c</sup>; ex ratione, ne<sup>c</sup>; ex lege, sed ex Euangeliō iudicandum est de prædestinatione. Deinde non alia causa prædestinationis quam iustificationis querenda est, hæc si quis constituit in inicio, facile se ex multis quæstionibus explicabit. Nam si tantum ex Euangeliō iudicandum est, si prædestination cum iustificatione conferenda est, una & simplex via erit. Sicut cum de iustificatione querimus ordimur a uerbo, Ita cum de prædestinatione querimus ordiendum est a uerbo seu Euangeliō. Porro & singulorum tentationes de electione, & scriptorum cadem de re disputationes partim a ratione oriuntur sine uerbo Dei, partim a lege. Homines imaginantur caussam electionis esse nostram dignitatem sennmerita, quia ita iudicant ratio & Lex. Ideo in hanc sententiam ferè delabuntur scholastici doctores recentiores omnes, quia tantum docent iusticiam legis. Sed nos meminerimus ad Euangelium respicieundum esse.

Duo autem sunt consideranda in promissione Euangeliij. Videlicet, quod & gratis promittit iusticiam, & quod promissio est uniuersalis. Nā hæc duo exerceant humanos animos, disputamus alias de

## DE PRAEDESTINATIONE.

alias de dignitate, nos ideo non esse electos, quia  
sumus indigni, alias disputamus de particularitate  
etiam si digni essemus, tamen Deum suos quo-  
dam elegisse, quibus fuerit aequior. Ideoq; ne-  
ramus nobis aferandam esse salutem, quia fortasse  
non sumus in eo numero. Vtraq; imaginatio rea-  
lita adianda est, & magnopere prodest aduersus eas  
diligenter munire pias mentes. Ideo neq; dignita-  
tem nostram respicere debemus, neq; ex uniuera-  
li promissione particularē efficere. Sed singu-  
lis in illam uniuersalem includamus. Cum igitur  
de electione angimur aut disputamus, non ora-  
diamur à nostris supputationibus uel à lege, sed à  
promissione Euangeli. Si quis extra Euangeliū  
caussam querit electionis, Is non potest non errare.  
Ideo non sumus nos ab Euangeliō auelli, ac  
ceteras supputationes procul reiijciamus.

Cum igitur promissio sit gratuita, recte  
statuitur misericordiam esse caussam electionis.  
Deinde cum promissio sit uniuersalis, si quis ex  
uniuersali particularē uelit efficere, is reddet  
simpliciter incertam promissionem ex tollet fidem.  
Iam cum statuendum sit promissionē ucre uniuer-  
salē esse quod ad uoluntatem Dei attinet, sicut à  
posteriore in iustificatione dicimus aliquam in ac-  
cipiente

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

cipiente caussam esse, uidelicet non dignitatē, sed quia promissionem apprehendit, cum qua spiritus sanctus est efficax, quemadmodum Paulus inquit, fides ex auditu est, ita & de electione à posteriore iudicemus, haud dubie electos esse eos, qui misericordiam fide apprehendunt, nec abiciunt eam fiduciam ad extremum. Hęc omnia ex hoc fonte oriuntur, quod de uoluntate Dei non est iudicandum extra uerbum & sine uerbo, quod certe faciunt illi qui querunt caussam electiōnis, & interim non deducunt conscientias ad promissionem Euangeli.

Nec moror etiam si quis hic alia quedam obscuriora uelit querere, que ctiamsi quid habent ueri, tamen inutilia & perplexa sunt & tantum perturbant conscientias, & abducunt eas à confpectu Euangeli. Nec uero ulla tentatio pertinacius urget animos ac magis aduersatur fidei, quam imaginatio illa, que efficit promissionem particularem. Ideo medendum est imbecillitati animorum nostrorū, non est cōfirmando diffidentia. Colligat igitur sibi quisq; testimonia ostendunt promissionem esse uniuersalem, quales sunt hęc sententiae Roman. . iii. Iustitia Dei per

## DE PRAEDESTINATIONE.

per fidem Iesu Christi quæ est in omnes & super  
omnes.

Ioannis iii. Ut omnis qui credit in ipsum  
non pereat sed habeat uitam æternam. Ro. x.  
Idem dominus omnium dicens in omnes qui inno-  
cent cum &c. Huiusmodi sententiae suauissimam  
consolationem adferunt, præsertim cum etiam ab  
teram particulam nobis proponimus, uidelicet  
quod sit gratuitum beneficium. Huc pertinent eti-  
am hæ sententiae. Deus uult omnes homines sal-  
uos facere. Item. Apud Deum non est ωροτωπο-  
λητικ. Hæc sunt consideranda, ne confirmemus  
naturalem diffidentiam & Deo tribuamus  
ωροτωπολητικ. Præterea & hoc animad-  
uertendum est, malum ex nobis esse, quare cauen-  
dum est, ne uolentes indulgcamus naturali diffi-  
dentiæ, ac repugnemus promissione aut disceden-  
tes à promissione, interea quæramus alias electio-  
nes causas sine uerbo Dei. Ideoq; & Augusti-  
nus quamlibet durus est, tamen de prædestinatio-  
ne & gratia sic scripsit. Eos qui uocationis mu-  
nus congrua pietate suscepint, & quantum in  
homine est Dei in se bona seruantes, adiuuat &c.

Quare

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Quare etiam siquid in hac causa alijs subtilius  
disputant, mihi tamen satis est colligere ea, que  
certum est prodesse conscientijs. Certe enim de-  
bet conscientia in praesenti certamine reuocari  
ad promissionem, & hoc praeipue considerare  
quod promissio & gratuita, & universalis  
est.

Neq; hec quæ dixi aduersantur uerbis  
Christi. Nemo uenit ad me, nisi quem pater trax-  
erit. Nos enim à uerbo ordiri debemus, itaq; cum  
uerbum apprehendimus, simul Deus est efficax  
per uerbum iuxta illud. Euangelium est potens  
ria ad salutem omni credenti &c. Et Pauli di-  
ctum. Non est uolentis neq; currentis, sed Dei mi-  
serentis, non efficit promissionem particularem,  
sed docet misericordiam causam esse electionis.  
Id quod ex supra diximus. Ac tota illa concio  
Pauli de electione instituta est, non ad pertur-  
bandas mentes sed ad consolandas. Et quidem ne-  
cessariam consolationem proponit, detrahit iusti-  
ciae legis meritum ac dignitatem, ideo ait. Non  
est uolentis neq; currentis. Quid autem optabi-  
lum est quam electionem non ex dignitate nostra  
iusticie, sed ex misericordia pendere ut sit rata,  
deinde

## DE PRAEDESTINATIONE.

Deinde fuit et hæc consolatio necessaria dicere de effectu electionis, quod uidelicet, sit aliqua certa electorum Ecclesia, quæ uerbo Dei credit, ne desceperit illam multitudinem putemus esse ecclesiam Dei, quæ propter iusticiam legis arrogat sibi titulum & interim persecutur Euangelium. Hoc agit Paulus ut detrahatur Iudeis titulum ecclesie, quem sibi propter iusticiam legis arrogabant. Ideo opponit aliam electorum ecclesiam, et inter rim dicit alteram indurari, loquens uidelicet, de pena persecutionis, Ad Ephe. i. inquit Elegit nos in Christo, ut admoneat electionis caussam esse non dignitatem nostram, sed Christum, ne remoto Christo ac Euangeli de electione cogitemus, sed causam electionis in Christi beneficio ac promissione queramus. Item Roma, viii. Quos prædestinavit eosdem & uocauit, quos uocauit eosdem & iustificauit. Hic consolatur sanctos, ut sciant aliquam certam esse electorum ecclesiæ, sciant Euangelium futurum esse efficax &c. Deinde adiungit uocationem, ut ostendat rem geri per uerbum, & uocationem pertinere ad electionem. Hæc satis sit de prædestinatione breuiter monuisse. De causa mali, item de contingentia supra dictum est.

DE

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

De discrimine veteris & No  
ui testamenti.

**S**VPR A diximus de lege & Euanglio. Etis  
am si Lex Moysi ad certum populum ac tem-  
pus certum pertinuit, tamen legem naturae om-  
nium esse gentium communem & ad omnes etates  
pertinere. Ideoq; in natura scripta est. Rur-  
sus Euangelium, hoc est promissio reconciliatio-  
nis propter Christum, etiam ad omnes etates per-  
tinet, et si haec quidem non est naturalis noticia,  
sed ab inicio reuelata est promissio patribus.  
Nunc si uetus testamentum propriæ uocamus le-  
gem Moysi, hoc est totam politiam Moysi, facile  
est discernere uetus Testamentum à nouo. Vetus  
Testamentum hoc est Lex Moysi continebat legem  
& promissiones de politia populi Israel. Signifi-  
cat enim testamentum, seu pacta, seu promissio-  
nes seu ordinationem. Et leges illæ Mosaicæ  
hoc fine traditæ sunt, non quia populus propter  
eas esset iustus coram Deo, sed ut discernerent  
Israclitas à reliquis gentibus, usq; ad prædicio-  
nem Christi. Voluit enim Deus segregare hunc  
populum à cæteris gentibus, ut certus aliquis popu-  
lus

## DE DISCRIMINE VETE. ET NOVI TESTA.

lus esset, in quo nasceretur Christus, & in quo conseruarentur promissiones, & extarent certa testimonia de verbo Dei. Ideo tantis miraculis populus eductus est ex Aegypto, & subinde noua miracula extiterunt in eo populo, uidelicet, ut certum extaret testimonium, quod iste populus habet verbum Dei & promissionem de salute humana generis. Quanquam igitur Israelitae non merebantur remissionem peccatorum & iustificationem id est reconciliationem coram Deo propter has leges, tamen Deus subiecit eos ipsis legibus que erant obseruandae, uelut disciplina quedam qua coherceretur caro &c. Sicut inquit Paulus Lex est paedagogus. Et tamen interim ceremoniae illae erant etiam piis typi & signa uenturi Christi. Consequabantur autem Israelitae remissionem peccatorum & iustificabantur coram Deo, non illis obseruationibus legis, sed fiducia misericordiae Dei promissae propter uenturum Christum, sicut & sancti in novo testamento, nec fuit ullum discrimen quod ad remissionem peccatorum & reconciliationem attinet. Quia utriq; fide Christi iustificantur, non lege.

Hæc copiose disputantur in Galatis & epistola

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

epistola ad Hebreos . Detrahit enim Paulus iustificationem & transfert in Christum . Iam cogitemus quantum offenderit iudeos ea doctrina qui de lege contrariam persuasionem habebant , scilicet , quod propter suos cultus & opera legis consequerentur remissionem peccatorum & iustificationem coram Deo , et hac fiducia sue iusticie & cultuum cumulabant sacrificia , sicut & in ecclesia multi senserunt , Missam & ceteras ordinationes ecclesiasticas mereri remissionem peccatorum & iustificationem , & hac opinione ordinationes ipsas cumularunt , & quidem ad defensionem suarum traditionum allegant exemplum legis Mosaicæ . decipit enim eos κακοθελη legis quam non recte detorquent ad iustificationem , nec recte accommodant ad nostra opera . sicut igitur nunc fremunt impij quando iustificatio detrahitur Missæ & ceteris ordinationibus ecclesiasticis , ita iudici prophetis & apostolis irascebantur , quando docebant homines non pronunciari iustos propter ceremonias & cetera legis opera . Atq; hæc collatio pharisæicarum opinionum utilis est , ut consideremus fontes unde in ecclesia ortæ sint false persuasions de ecclesiasticis ritibus . Deinde ut nos consolemur ex eius

verso imitatio

## DE DISCRIMINE VET. ET NOVI TESTA.

pro prophetarum & apostolorum qui in simili  
causa uersamur & periclitamur.

Sed hic querat aliquis. An sacrificia  
pro peccatis non merebantur remissionem pecca-  
torum? Respondeo. Ad hebreos clare scriptum  
est. non potuisse aboleri peccata sanguine tau-  
rorum & uitulorum &c. Deinde constat corda  
non uiuiscari, non uinci mortem ullis externis  
ruibus. Ideo sacrificia illa non merebantur re-  
missionem peccatorum coram Dco, sed mereban-  
tur remissionem ciuiliter, hoc est coram illa eccl<sup>a</sup>  
sia, ut uidelicet essent pars populi, scu ne a po-  
litia Moysi excluderentur. Ceterum pijs & cre-  
dentiibus omnes illi cultus in lege, tamen erant iu-  
sticie hoc est bona opera, primum enim erant sig-  
na uenturi Christi, quibus admoniti fidem suam  
exercebant & confirmabant, sicut alludit Da-  
vid ad Christum cum ait. Asperges me domine  
hosopo & mundabor. Deinde erant signa confe-  
ssionis, erant & sacrificia εὐχαριστία, hoc est <sup>z=affinitas</sup>  
opera quibus Deo gratiae agebantur, quibus profi-  
tebantur se inuocare illum Dcum, qui eis hoc uer-  
bum adderat & scrubabat eos. &c. Et pijs  
conscientijs solacio erat fidem suam exercere in  
talibus

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

talibus ordinationibus quas sciebant Deo placere,  
cum essent ab ipso condite, sicut et nunc conscientiis  
prodest scire quae opera Deus requirit et. Nam traditiones humanae cum sine mandato Dei  
excogitatae sint, quomodo possunt esse cultus, cum  
conscientia non possit affirmare tales cultus Deo  
placere.

Nouum testamentum est promissio iustificationis et uite eternae donande propter Christum. Et cum haec promissio, hoc est, Euangelium de Christo ad omnes aetates pertineat, non sic intelligi nouum Testamentum debet, quasi non pertinet ad patres, sed dicitur nouum testamentum. Quia est nouum et aliud pactum quam legis patrum, alia promissio est. Lex enim habebat promissionem regni Israel. Sed Euangelium habet promissionem rerum eternarum, uidelicet abundantiae mortis, et renouandae humanae naturae, donande nouae iusticie ac uite eternae propter Christum, sic remittit peccata, ut simul corda in uisceribus renouet spiritu sancto. Quia igitur nouum testamentum affert iusticiam et uitam aeternam, Ideo requiruntur in novo testamento spirituales cultus animi, sicut ait Christus. Veri adoratores adorabunt patrem in spiritu et ueritate

## DE DISCRIMINE VET. ET NOVI TESTA.

tate, hoc est, non externis observationibus sed ueris & spiritualibus motibus cordis, fide, spe, dilectione, patientia &c. Sic discernit Paulus uetus & nouum testamentū. 2 · Cor. 3. & Roma. 8. Accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamanus abba pater. Et Hieremias. 31. Ecce feriam nouum fædus &c. post dies illos dabo legem meam in uisceribus eorum, & in corde eorum scribam eam &c.

Hic cum remissione peccatorum pollicetur spiritum sanctū, qui nouam et uerā Dei noticiam & nouam obedientiam in cordibus effecturis sit. Ideo Roma. 14. inquit Regnum Dei non est esca & potus, sed iusticia, pax, & uita in spiritu sancto. Et Philippenses. 3. Nostrum wōlīteua, <sup>intrafano mī</sup> in corpore uiuimus, sicut cibo & potu, & ceteris uitæ necessarijs ad uitam corporalem. Itaq; Abraham, David & similes quia fide placebant Dco, & habebant spiritum sanctum, pertinebant ad Nouum testamentum, & tamen interim pro tempore &

ij  
donce

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

donec in corpore uiuebant, utebantur suis ritibus & legibus. Ita nunc quoq; populus noui testamenti sunt, non impij, sed qui fide placent Deo & habent spiritum sanctum. Et hi dum uiuunt in hoc corpore moribus & legibus praesentibus ut debent. Illa altera eorum uita spiritualis nihil impedit, quo minus corpus utatur cibo, potu, politis moribus & legibus. Preterea quanquam nouum testamentum prædicat Euangelium de iustitia & uita æterna & de spiritualibus cultibus, tamen interim manet in mundo Lex naturæ, & disciplina qua reliqui qui non pertinent ad nouum testamentum, tum coherceri tum affucieri, debent, ut doceri possint & ad agnitionem Christi adduci.

De spiritu & litera.

**H**IC locus ex superiori nascitur. Paulus enim uestus & uouum testamentum ita discernit 2, Cor. 3. Ut uestus testamentum, uocet litteram & administrationem mortis. E contra nouum testamentum seu Euangelium uocat administrationem

## DE SPIRITU ET LITERA.

nistrationem spiritus & uite. Significat autem spiritus cum spiritum sanctum, tum motus spirituales, quos excitat in cordibus spiritus sanctus, sicut testatur Paulus 2. Corin. 5. Transformamur à claritate in claritatem à domini spiritu. Litera uero significat omnes cogitationes & observationes, & ut uocant bonas intentiones seu conatus rationis sine spiritu sancto, hoc est, sine uero timore, & uera fiducia Christi. Opponitur enim litera uiuis & ueris motibus cordis. Ideoq; litera radicitur, quia est quedam doctrina seu imitatio ad quam doctrina & disciplina assuefacti sumus.

Lex igitur est litera cum imitamur cam bonis intentionibus aut externis moribus, sine spiritu sancto, hoc est, sine uero timore, & sine uera fiducia. Et quidem Lex per se idco est administratio mortis, quia aut tantum disciplinam quandā efficit que nō liberat à morte aeterna, aut ē uere accusat, occidit conscientias. Quia non promittit remissionem peccatorum gratis, nec ad fert spiritum sanctum &c. Præterea & Euangelium est litera, cum non apprehenditur spiritus, hoc est, cum non uere timemus, nec uere credimus

LOCI COMMV. PHILI. MELANTH.

mus Deo. Sed Euangclium tunc est administratio  
spiritus & uite, cum fide apprehenditur remis-  
sio peccatorum, liberantur corda a terroribus,  
& concipiunt spiritum sanctum, & novos motus  
legi Dei consentientes. Euangclium enim promit  
tit remissionem peccatorum gratis, & spiritum  
sanctum, & uitam eternam.

Repudianda igitur est Origenis inter-  
pretatio, qui literam intelligit historiam seu ce-  
remonias seu grammaticū sensum. Spiritum ue-  
ro intelligit allegoricam interpretationem. Imò  
allegorie ipse ceremoniarum & historiarum per-  
se nihil sunt nisi litera, hoc est doctrina. Et  
quod Paulus inquit, Lex est spiritualis, non de-  
bet intelligi legem esse allegoricam, sed legem  
non esse tantum externam & politicam discipli-  
nam, sed requirere motus spirituales scilicet, ue-  
rum timorem Dei, ueram fiduciam, ueram di-  
lectionem &c. Itaq; ceremonie non impediebant  
quo minus David & reliqui sancti legem spiritus  
liter facerent. Ceremonie enim non excludunt  
spiritum sanctum. Imò sunt signa quibus exerceri  
fides debet. Nec refert dissimilia esse signa, pa-  
tres habebant sua signa, circumcisionem & alias  
ceremonias.

## DE SPIRITU ET LITERA.

ceremonias. Nos habemus signa nobis tradita. spiritus sanctus autem idem est, & fiducia misericordiae in sanctis debet esse similis. etiam si signa temporib. uariant. Hæc satis sit breuiter admodum nuisse de uocabulis literæ ac spiritus, ut sciamus literam non tantum pertinere ad tempus Mosaicæ legis, sed ad omnium ætatum homines qui disciplina regendi sunt. Rursus etiam spiritum pertinere ad sanctos omnium ætatum, sicut & supra de lege & de Evangelio diximus. Scindendum est enim etsi litera, hoc est assuetatio & imitatio decalogi quam efficit humana ratio non iustificat coram Deo, tamen hanc disciplinam necessariam esse, ut saepè supra dictum est.

## De Libertate Christiana.

**H**IC locus cognatus est superioribus, & dis crimine ueteris ac noui testamenti illustrat. Est autem pernecessaria cognitio libertatis Christianæ, quia ostendit in quibus rebus propriis sit Christiana iusticia, quid sit sentiendum de ceremonijs de quibus omnibus ætatis extiterunt infinitæ dissensiones. Ostendit item dignitatem rerum politicarum. Necesse est autem de tantis rebus

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH:

bus extare in ecclesia firmam doctrinam . Porro  
docendi cauſa quatuor gradus libertatis christis  
n*x* constituemus.

Primus gradus libertatis Christiane  
est, quod non propter legem, sed gratis propter  
Christum donantur remissio peccatorum & impa-  
tatio iusticie, atq; hic est praecipuus gradus. Est  
q; libertas spiritualis, prorsus nihil ad exterio-  
rem seu ciuilem uitam pertinens, sed tantum per-  
tinet ad certamen conscientiae in iudicio Dei, in  
quo opus est hac consolatione. De hoc gradu lo-  
quitur Christus , cum inquit, Si uos filius libera-  
uerit, uere liberi eritis.

Secundus gradus est Donatio spiritus  
sancti, quo credentes uiuificantur , & reguntur  
ac defenduntur aduersus scuiciam Diaboli. Perbi-  
net autem hic gradus ad superiorem, nec ab eo  
diuelli debet, sed docendi cauſa discerno, ut in ta-  
li enumeratione magis conspicui uarietas benefici  
orum Christi possit, & discamus uti utroq; benefi-  
cio , In pauoribus conscientiae primus gradus in-  
tuendus est . In alijs uite periculis secundus gra-  
dus admonet nos, ut nos trigamus & petamus  
regi

## DE LIBERTATE CHRISTIANA.

regi & defendi spiritu sancto. Et de hoc secundo gradu loquitur Paulus. 2. Corin. 5. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Item. Non relinquamus orphanos.

Sed hoc loco plurimum refert hoc monitione de primo gradu, quomodo intelligi libertas debeat seu legis abrogatio. Primum enim sciendum est, libertatem seu abrogationem legis, de qua in his duobus gradibus loquimur prorsus nihil pertinere ad eos qui non agunt penitentiam, hanc enim sunt sub lege, hoc est, accusantur ex damnatione lege morali, sed tantum ad illos pertinere, qui fide apprehendunt beneficium Christi. Et de his tenendum est hoc discrimen. esse liberum à lege, non est esse liberum ab obedientia legis moralis, sed à maledictione legis. Hoc est, Etsi legi non satisfacimus, tamen iam propter aliud videlicet propter Christum habemus remissionem peccatorum & imputationem iusticiæ, perinde ac si legi satisfaceremus. In hanc sententiam ait Paul. Nō estis sub lege, sed sub gratia, hoc est, certe iam placetis Deo per gratiā, hoc est per misericordiam, non propter legis impletionem. Nemo enim legi satisfacit. Item ad Galatas Christus nos

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, hoc est, quia nemo legi satisfacit, ideo Lex antea accusabat & condemnabat omnes. Nunc non accusat, non condemnat illos, qui per Christum reconciliati sunt. Hoc igitur beneficium est libertatis, quod conscientiae possunt habere firmam consolationem cum intelligunt gratis donari remissionem peccatorū, ut in placere iustos per misericordiam, etiamsi in eis adhuc hercane reliquiae peccati, nec legi satisfaciant. Sic igitur tota Lex abrogata est, ut à maledicto totius legis liberati simus, & alia res proposita sit ad querendam iustificationem, ut iustificatio certa sit. Sed tamen manet Lex moralis quod ad obedientiam attinet quia certe Euangeliū subiicit nos obedientiae erga Deum. Et quomodo hæc obedientia placeat, sëpe iam dictum est. Quare autem necesse sit retinere legem moralēm, quod ad obedientiam attinet, & econtra licet omittere ceremonias & iudicia Moysi, paulo post dicam.

Augustinus plerunq; sic tractat. Iusti sunt liberi à lege, quia accepto spiritu sancto ultra faciunt ea quæ Lex præcipit. Hæc sententia uidetur

## DE LIBERTATE CHRISTIANA.

Videtur tantū de secundo gradu libertatis loquitur, non dicit clare de primo gradu, de quo maxime respect doceri conscientias, scilicet, quod haec libertas, gratis donari remissionem peccatorum, & iustos placere tametsi legi non satisficiunt. Deinde meo iudicio satis commodum est obedientia loqui <sup>Lxvij. Gal. 4. 12.</sup> quod maneat Lex quod ad obedientiam attinet.

Sic accipiatur & haec sententia Pauli. Bonae est lex si quis legitime utitur, sciens quod ita non ponitur Lex, sed iniusto, hoc est. Omnia legis officia pertinent ad iniustos. Lex accusat & condemnat iniustos. Item legi sunt coherentes iniusti. Sed iusti sunt liberi à lege, hoc est, non accusantur neque cōdemnantur lege, sunt n. propter aliud iusti id est accepti. Deinde cum sint iusti, iam faciunt legem, & coherentur, nec opus est nouis vinculis conscientiam onerare, sicut in ecclesia & apud monachos accidit, ubi subinde nullus natus vinculis oneratus sunt conscientiae, & nullus fuit exasperandæ legis, allegabatur auctoritas Gregorij. Bonæ mentis est timere culpam, ubi non est culpa. Et interim tamen non docebantur homines, ut scirent se fide iustos esse, sed retinquebantur

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

relinquuntur ambiguae & desperabunde conscientie. Istam carnificinam conscientiarum uoluit prohibere Paulus cum ait, Iusto non ponitur Lex, quia scilicet, Lex non accusat neque condemnat iustos, nec iustus cum iam faciat legem ostendens est nouis legum uinculis. Et c.

Tertius gradus libertatis est, quod Euangeliū liberat nos à ceremonijs & iudicib⁹ le⁹ gibus ut uocant Moysi. hic gradus aliquo modo ad exteriorem uitam pertinet, sed habet cauſam in Superioribus, Ideo enim Euangeliū non requirit leuiticas ceremonias, quia docet nos gratis consequiri remissionem peccatorum, & iustos promuniciari per misericordiam propter Christum, non propter ullos cultus aut nostra opera. Et hec cauſa est quare Paulus tam uehementer contendat, ne ceremonie leuiticae existimarentur esse necessarie, ne obscuraretur Euangeliū de fide hoc est, ne beneficium Christi transferretur in leuiticos cultus aut similes &c. Hec est magna & digna cauſa, quare de libertate, de abrogatione legis tam uehementer contendat, ut uidelicet retineri posset firma consolatio conscientiarum, que docet gratis remitti peccata &c. Præterea

## DE LIBERTATE CHRISTIANA.

Præterea de iudicialeb. Moysi sciendum est,  
ideo ea non requiri in Euangelio, quia Euangeli-  
um docet de quadam æterna iusticia et spirituali-  
& interim concedit nobis in hac uita corporali  
uti legibus omnium politiarum in quibus uiuimus,  
sicut concedit omnium gentium architectonica aus  
medicina uti, aut spacijs dierum ac noctium. Et  
de hoc gradu libertatis homines moneri necesse  
est, quia uidimus aliquoties magnos tumultus or-  
tos esse ab ijs, qui ignari huius libertatis conaban-  
tur legem Moysi in forum reuocare.

Sed querat aliquis. Cum Euangelium ab-  
roget legem Moysi, an abrogatio de tota lege in=  
telligi debeat, præscriptim cum decalogus sit pars  
legis difficilima, inquit reliquæ partes, uidelicet,  
ceremoniæ ac forenses leges, uerius iucunda spe=  
cula sunt quam onera. Ad hoc respondeo.  
Abrogatio legis principaliter intelligi debet de  
abrogatione iuris illius, quod Lex habebat, uidelicet,  
quod omnes homines accusabat & conde-  
minabat. Sic igitur credenti tota Lex abrogata  
est, decalogus & reliquæ partes legis, quod ui-  
delicet alia res proposita est ad querendam re-  
missionem peccatorum & iustificationem quam

Lex.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Lex. Item, quod Lex non condemnat credentes etiam si non satisfaciunt legi, quod quomodo intellegi debeat, supra dictum est, hoc modo præcipue intelligi debet libertas seu abrogatio de tota legge. Quia satis constat, ne quidem a sanctis opera decalogi perfecte fieri, sunt enim in sanctis relatae peccati. Liberat igitur Euangelium conscientiam illo horribili onere, uidelicet, terroribus & morte, quam decalogus incutit. Nam cum Paulus ait, nos a maledictione legis liberari, certe qui magis accusat & maledicit, quam cetera partes legis.

Sed dicet aliquis. Si tota Lex est abrogata, quare licet omitti ceremonias & iudicia, non licet autem omitti opera decalogi. Respondeo. Ceremoniae & iudicia Moysi sunt externae & corporales ordinationes certar gentis, & ad tempus traditae, ac desistunt post Euangelijs revelacionem, ut in Epistola ad Ebreos scribitur. Euangelium autem cum de uita spirituali & eternitate concionetur, non requirit illas externas ordinationes Mosaicas, quia ad uitam corporalem pertinent. Et tamen quia adfert nouam & spirituali-lem uitam, requirit obedientiam erga Deum, prædicat-

## DE LIBERTATE CHRISTIANA.

Prædicat poenitentiam, & damnat uiciosam na-  
turam, reprimit concupiscentiam, ideo requirit  
spiritualia opera, quæ in decalogo docentur.  
Manet enim in natura hominis noticia naturalis  
decalogi, seu legum moralium, quæ docent nos  
de hac obedientia, Quare stultum fuerit sic in-  
telligere abrogationem decalogi, quasi omitti  
posset sicut ceremoniæ, cum in mentibus nostris  
scriptus sit. Ceterum quatenus nos condemnat,  
opponi debet iudicio naturali Euangelium de ab-  
rogatione maledicti, de qua supra diximus.

Hactenus adhuc de uita spirituali diximus,  
sed de exteriori & corporali uita sciendum est,  
quod quanquam Euangeliū non requirit Mosa-  
icam politiam, tamen sicut non abolet Arithme-  
ticam aut eloquentiam, ita nec ius naturæ, hoc  
est, naturale iudicium de moribus & ciuili uita  
abolet. Non enim corrumpit naturam sed potius  
sanat ac restituit. Retinet igitur ius naturæ, hoc  
est, ordinationes honestas de coniugio, distinc-  
tiones dominiorum, magistratus, iudicia. Naturam  
enim tolleret, si hoc naturale iudicium deleret.  
Atq[ue] hinc potest existimari quam stulte iudicent  
qui somniant in Euangeliō præcipi quandam  
platonicam

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

platonicam rerum communionem, aut monastica  
cam abdicationem proprietatis. Euangclium .n.  
non constituit nouam corporalem politiam, sed in  
hac exteriori uita uult nos uti iudicio naturali,  
& subiicit nos præsentibus magistratibus, & qui-  
dem iubet parere propter conscientiam. Atq; hic  
exaggeranda est auctoritas legum naturæ &  
magistratum. Primum ne libertatem nobis sua  
mamus ad detrectandam obedientiam debitam,  
aut ad labefactandam publicam disciplinam, sicut  
quidam pretextu huius libertatis omnes honestos  
mores contemnunt, non seruant leges de gradib.  
cognitionis, cum tamen ratio naturalis prohibe-  
at coniugia cognatorum in propioribus gradibus.  
Dcinde ne superstitione quadam nos alligemus ad  
Mosaicam politiam. Christianus iudex debet he-  
reditates diuidere, res iudicare iuxta leges sue  
gentis, quia singuli debent suis magistratibus pa-  
rere. Non igitur debet ordinem iudiciorum aut  
pœnas constitutas a magistratibus mutare. Quia  
re licet furtum panire usitatis pœnis, etiamsi Lex  
Moysi aliter punit. Ita de deciniis & alijs penali-  
onibus & contractibus non tenemur auctoritate  
legis Mosaicæ, sed obtemperare debemus pre-  
sentibus legibus, & ordinarijs magistratibus.  
Prodigt

## DE LIBERTATE CHRISTIANA

Prodest igitur recte intelligere hunc gradum libertatis, non solum ad pacem publicam, sed etiam ad conscientias confirmandas. Quia docet pia & sancta opera esse parere praesentib. legibus, quanquam sint ab ethnicis latæ, sicut Ioseph, Daniel & similes cum administrarent res pub. ethnicorum legibus, tamen pia & sancta opera faciebant. Habemus enim iam mandatum Dei, ut praesentium magistratum legibus in hac ciuili uita obtemperemus. Imo Euangeliū contumelia afficiunt, qui fingunt Euangeliū nouam quandam doctrinam esse de mutandis politicis rebus, foro, hereditatibus, iudicijs & similibus rebus.

Quartus gradus docet quid sit sentiendum de ecclesiasticis ceremonijs, quas episcopi aut alij homines instituerunt, de his necesse est eruditi conscientias. Multa enim pericula afferunt traditiones, nisi haec libertas intelligatur, quæ postea recitabimus. Est autem haec summa huius gradus. Cum in hac uita corporali opus sit certis viis, locis ac temporibus, permittit Euangeliū in Ecclesia fieri tales ordinationes hoc sine, ut omnia in Ecclesia ordine & sine tumultu gerantur. Ideo certi dics constituuntur, ut sciat pos-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

pulus quando conuenire debeat, certæ lectiones  
instituuntur, ut in scholis, ut commodius docan-  
tur homines, hi fines sunt corporales. Habetur  
enim ratio tranquillitatis & commoditatis. Ea-  
tenus concedit Euangelium fieri ordinaciones,  
quia Paulus dicit. Omnia fiant in Ecclesia de-  
center & ordine. Sed præterea duo docet Euana-  
gelium de traditionibus. Primum uocat sentire,  
quod traditiones illæ ab hominibus conditæ, sunt  
cultus aut precia, quæ mercantur remissionem  
peccatorum, aut iustificationem, sicut Christus  
testatur. Frustra colunt me mandatis hominum.  
Deinde docet etiam, non esse peccatum omittere  
traditiones extra casum scandali, ita detrahit eis  
opinionem iustificationis & necessitatis. Testi-  
monia extant apud Paulum, ut ad Colossem. Ne-  
mo uos iudicet in cibo, potu, parte dici &c. Lo-  
quitur enim & de Leuiticis legibus, & de huma-  
nis traditionibus. Et quod inquit. Nemo uos iu-  
dicet, significat. Nemo uos condemnabit propter  
neglectos ritus. Et ad Gala. In libertate qua  
Christus uos uocauit statc, ne iterum iugo serui-  
tutis subijciamini.

Ut autem intelligi possit, quare sit opus hac  
doctrina

## DE LIBERTATE CHRISTIANA.

doctrina de libertate, recitabimus quid sequatur  
incommodi, si hæc doctrina de libertate non extet  
in Ecclesia. Primum obscuratur iusticia fiduci, cù  
transfertur beneficium Christi in traditiones, hoc  
est, cum homines putant se mereri remissionem  
peccatorum, & se iustos pronunciari, propter  
tales obseruationes, aut cum sentiunt fidem iniuti=  
lem esse sine talibus obseruationibus, ex qua per=  
suasione ruant conscientia in desperationem, &  
amittunt ueram fidei & Christi noticiam. Se=  
cundo, Fingunt incruditi cultus & perfectionem  
esse, tales externas obseruationes, ieunia & si=  
miles res, cum econtra cultus & Christiana per=  
severio sint timor, fides, dilectio & opera uocati=  
onis &c. Tertio, Scinditur Ecclesiarum con=  
cordia. Nam cum hi ritus putantur esse necessa=  
rii, existunt contentiones, cum suos ritus quælibet  
Ecclesia pertinaciter defendit, ut accidit de pa=  
scate. Quarto, Consulendum est & pijs con=  
scientijs, que si putabunt hos ritus necessarios  
esse, nunquam acquiescent. Quis enim unquam  
obseruauit omnes traditiones. Ideoq; Gerson o=  
lim ut mederetur pijs conscientijs quæsiuit & prie=  
recepit talium traditionum. Et qualis carnificina  
conscientiarū fuerit, testatur ingens moles sum=

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

marum, quæ colligunt & interpretantur traditi-  
ones. Et his disputationibus ita fuit oppressa Ec-  
clesia, ut interim paucissimis uacauerit attingere  
scripturam, aut meliora discere. Hinc igitur  
intelligi potest, Ecclesiæ necessariam esse hanc  
doctrinam de libertate, ut hæc pericula & incô-  
moda caueri queant.

Pàulus uocat traditiones humanas, de cibis,  
coelibatu, & similib. doctrinas demoniorū, quare  
significat eas plurimum habere periculi. Viden-  
dum est igitur, ut illa pericula intelligantur. iam  
cum hæc uita corporalis non possit in totum care-  
re traditionibus, prudentia adhibenda est, qua-  
tenus probandæ & quatenus repudiande sunt,  
tanquam doctrinæ dæmoniorum. Tunc enim sunt  
doctrinæ dæmoniorum, cum proponuntur tanquam  
cultus & precia quæ mereantur remissionem  
peccatorum, aut cum sunt carnificina conscienc-  
iarum, quasi sunt res necessarie ad iusticiam,  
aut quasi sine eis fides sit inutilis, aut cū fingua-  
tur esse perfectio Christiana. Cum haec opiniones  
affinguntur traditionibus, tunc sunt doctrine de-  
moniorum, etiam si alioqui de rebus medijs loquun-  
tur. Sunt item doctrinæ dæmoniorum cum pra-  
cipiant

## DE LIBERTATE CHRISTIANA.

ripiunt ea, quæ sine peccato non possunt obseruari, qualis est Lex de cœlibatu &c. Cum igitur tantum habcant periculi traditiones, necesse est in Ecclesia extare doctrinam de hoc gradu libertatis, ut recte iudicari de traditionibus posse, quandoquidem opus est aliquibus traditionibus, ut dictum est propter tranquillitatem externam.

Quæsuerunt autem ex alijs carum episcoporum, sed hec doctrina Pauli est commodissima interpretatio, quæ docet traditiones habendas esse, non pro cultibus, sed pro rebus externis ex adiutorio, et sentiendum esse, quod sine peccato omitti possint extra casum scandali. Hæc doctrina simul et retinet fiduci iusticiam et libertatem conscientias a periculis, et tamen non dissolvit eutaxiæ, quia docet alias traditiones in publica consuetudine Ecclesie seruandas esse eas tenus, ut scandala cauantur. Sic Ecclesia habet alias ferias, non quod obseruatio feriarum necessaria sit Iudaico more, sed quia est opus certis temporibus ad docendum, et hæc ordinatio obseruanda est cum intellectu libertatis Christianæ, sed illi peccant, qui uel propter contemptum religionis aut doctrinæ non obseruant ferias, uel

m iij                exemplo

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

exemplo suo nocent alijs, scienda est enim libertas, sed in usu prudentia adhibenda est, ne cui simus scandalo.

Gerson & alij hac ratione usit sunt, ideo posse traditiones omitti, quia Episcopi non habent ius onerandi Ecclesiam traditionibus. Sed contra hanc rationem opponitur mandatum de obedientia, quod obedientia sit necessaria, etiam si potestas abutitur suo iure. Item, super cathedra Moysi sedent Scribae & Pharisæi, que cunq; dixerint &c. Hæc cum dicendo exaggerantur, & augetur obedientiae necessitas, profecto perterrebit conscientia. Ideo necesse est querere firmam aliquam rationem, quæ satis muniat conscientias, ne falsa persuasione de traditionib. opprimantur.

Itaq; diluendum est argumentum, quod in hac causa p̄cipue obiici potest.

Potestati necessario est obedicendum.

Potestas Ecclesiastica condidit traditiones.

Ergo, Traditiones necessario obseruandæ sunt.

Respondendum est ad maiorem, que nō est uera

## DE LIBERTATE CHRISTIANA.

uera cum potestas præcipit ut impia faciamus aut  
sentiamus, tunc enim regula tenenda est. Oportet  
Deo magis obedire quam hominibus. Porro  
traditiones etiam si de rebus adiaphoris loquanz-  
tur, tamen sunt impiæ et doctrine demoniorum,  
quando cum his opinionibus proponuntur, quod  
sunt cultus qui mereantur remissionem peccatorū,  
aut sunt res necessariae ad iusticiam Christianam.  
Hec ratio præcipue habenda est in conspectu, ut  
Christi gloria opponatur illis amplificationibus  
de obedientia. Nam cum ita proponuntur tradi-  
tiones, obscuratur gloria Christi. Transferunt  
enim beneficium Christi in traditiones. Plerunque  
autem Hypocritæ ita defendunt traditiones.  
Quare necesse est dissentire et aduersari præ-  
cipue docendo. Paulus etiam exemplo interdum  
aduersus præfractos Hypocritas libertatem de-  
clarauit. Christus etiam excusat apostolos, ui-  
lantes traditionem Pharisaeam Math. 15.

Hec prima solutio maxime perspicua et pla-  
na est. Sed tenenda est et altera. Maior uera est  
de obedientia qualem requirit Euangeliu. Evan-  
gelium autem uult in traditionibus relinquere hanc  
libertatem conscientijs. In his que sunt iuris di-  
m iij uin

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

uini conscientia debet necessario obedire pastoribus. In traditionib. debet etenim obedire ut scanda-  
dala caueat, interim conscientia libera est, &  
sentire debet harum rerum libertatem non posse  
ulla humana autoritate mutari aut aboleri, iuxta  
illud Pauli, Nemo uos arguat in cibo, potu &c.  
Item, In ea libertate qua Christus uos uocauit,  
state, & nolite iterum iugo scruputis subisci.  
Quare etiam cum seruamus traditiones huma-  
nas, tamen non est addenda opinio necessitatis,  
sed seruandae sunt sicut usitata forma uestitus.  
Haec due solutiones diligenter considerande sunt.  
Sunt enim ex ipsis fontibus negotii sumptu, &  
conscientiam perspicue docent, quid de traditio-  
nibus sentiendum sit. Ac prior solutio detrahit  
traditionibus honorem iustificationis. Posterior  
opinionem necessitatis. Hac scire conscientijs  
prodest, & tamen meminerimus eutœcias p esse  
seruandam in qua opus est ceremonijs, certis lo-  
eis ac temporibus. Hanc eutœcia p dissipare bar-  
barics quedam est aliena ab humanitate. Dixi  
de traditionibus & hoc quarto gradu libertatis.  
Dicemus etiam infra, reuerenter sentiendum esse  
de canonicis ordinationibus & potestate Ecclesi-  
astica, propter sanctissimum ministerium.

Ceterum

## DE LIBERTATE CHRISTIANA.

Cæterum de ceremonijs à Christo institutis, hoc est de sacramentis sciendum est, quod obseruari debeant, quia habent mandata Dei. Et tamen libertas Euangelica docet, quod ceremonijs non iustificemur sine fide. Item quod necessitas excusat nos si impediamur quo minus uti ceteris ceremonijs illis possimus, ut si in aliquo casu non posset alicui contingere baptismus. Is si uere crederet in Christū, tamen sine ceremonia saluus fieret, sicut inquit Christus. Dominus est filius hominis etiā sabbati. Itē. In Christo consummati estis. Nec manus vestra vinculū ceremoniarū in Euangeliō, quā in lege Moysi erat. David autem sacrī panibus in casu necessitatis usus est. Etsi enim sciebat obseruandas esse ceremonias tanquam externam disciplinam, tamen sciebat se propter aliud quiddam iustum esse, & hanc externam obseruationem in casu necessitatis admittere aliquam dispensationem. Hanc habent excusationem p̄ij in exteris nationibus, ubi non possunt habere qui porrigit eis integrum sacramentum.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

De Sacramentis.

PLERVMq; addidit Deus promissionibus suis  
is externas quasdam notas subiectas sensibus, quæ homines admonerent, & conseruarent  
ac prorogarent memoriam uerbi ad omnem posse  
ritatem, firmius enim durat rerum memoria quas  
oculi accipiunt commendatas certis ceremonijs  
uelut spectaculis. ita circumcisio fuit mirifica  
quedam ceremonia ut significaret promissionis  
seminis, & memoriam huius promissionis ad posteros propagaret. Quare quando cumq; de sacra  
mentis loquimur, non tantum ceremonia consideranda est, sed statim animo requirenda promissio  
cuius causa signum institutum est. Est enim proprie  
Sacramentum signum diuinæ promissionis a  
Deo institutum. Ideoq; duabus rebus constat, cle-  
mento & uerbo, ut extet memoria promissionis.  
Et ut tota ratio sacramenti in genere melius in-  
telligi possit de usu & fine dicimus.

Primum igitur reprehendenda est phar-  
isaica & prodigiosa opinio scholasticorum,  
qui finixerunt homines utentes sacramentis noui  
testamenti

## DE SACRAMENTIS.

testamenti ex operc operato iustos fieri , & qui-  
dem addunt sine bono motu utentium . Hæc pha-  
risaica persuasio explodenda est ex ecclesia, pro-  
prie enim pugnat cum iusticia fidei, sentiunt enim  
hominem fieri iustum propter illius ceremoniæ  
usum, etiam si non credat . Imo si nullum bonum  
motum cordis addat , modo ut non ponat obicem,  
ne habeat *actualē propositum peccati morta-*  
*lis.*

**E** regione sunt alij quidam belli homines, qui  
cum uelint uideri ciuiliter interpretari ceremo-  
niæ, dicunt , Sacraenta non esse signa uolunta-  
tis Dei erga nos, sed tantum notas nostræ profes-  
sionis , quia oporteat extare notas quibus disser-  
namur à reliquis gentibus , sicut Romanos toga  
discernebat à græcis , aut sicut forma uestitus dis-  
cernit monachos . Sed hæc ciuilis interpretatio  
non satis explicat usum Sacramentorū . Et si enim  
sunt notæ professionis & signa confessionis , ta-  
men hic non est principalis finis , nec iuuat con-  
scientiam . Nos autem principalem finem & qui  
conscientiis profit quærumus .

**Tertia est opinio anabaptistarum. Sacra**  
**menta**

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

menta esse allegorias quasdam bonorum operum,  
ut circumcisio interpretantur signum fuisse co-  
hercendarum cupiditatum . Baptismum signum  
esse afflictionum , quod oporteat Christianos subi-  
re fluctus, & pericula omnis generis perferre si-  
cut merguntur aquis . Ita cenam domini faciunt  
tantum mutuae benevolentiae significationem ,  
Quia symposia apud omnes gentes sunt signa mu-  
tuae benevolentiae . Quanquam autem hæ allego-  
riæ bonorum operum non sunt absurdæ , tamen  
nondum de principali usu & fine loquuntur . Sa-  
cramenta enim sunt signa non tantum caritatis  
aut operum sed principaliter fidei , item uolu-  
tatis Dei erga nos . Euangelium erim non tan-  
tum concionatur de operibus , sed præcipue de  
uoluntate Dei erga nos , & de fide . At illi signa  
Euangelii tantum ad unam partem uidelicet ad  
opera accommodant.

Quarta est igitur uera sententia , quod  
Sacramenta noui testamenti principaliter institu-  
ta sint , ut sint signa uoluntatis Dei erga nos , in cuius  
rentia in oculos , ut nos admoneant ut credamus  
promissione in Euanglio propositæ . Ita coniungi-  
mus Sacramentum & promissionem . Sicut autem  
promissio

## DE SACRAMENTIS.

Promissio fide accipienda est , ita & in usu Sacra-  
mentorum fides accedere debet , quæ statuat nos  
bis ea uera contingere quæ in promissione propo-  
nuntur . Hic usus prodest conscientiis agentibus  
eum Deo . Paulus . n . inquit , circumcisionem fuisse  
sigillum iusticiæ fidei , hoc est , testimonia que-  
dam addita promissionibus , ad hoc ut nos certius  
credamus . Item , ut proprio nobis applicari diui-  
nas promissiones sentiamus , cum uidemus promi-  
ssione Dei uelut scriptam esse in nostris corpori-  
bus immersione ista in aquam , aut sumptione cor-  
poris domini .

Augustinus apte confert Sacra-  
mentum cum uerbo , cum ait Sacramentum  
esse uerbum uisibile , hoc est , sicut uerbum  
nota quedam est , quæ auribus accipitur , ita Sa-  
cramentum est spectaculum seu pictura quæ in-  
currit in oculos . Sicut igitur uerbum nota est sig-  
nificans aliquid de uoluntate Dei , & sicut uera-  
bo apprehenditur Deus cum credimus , sic & ap-  
prehenditur Sacramento cum credimus . Quare  
sicut uerbum est instrumentum per quod spiritus  
sanctus efficax est sicut Paulus inquit , Euangeli-  
um est potentia Dei ad salutem omni credenti .  
Item , fides ex auditu est &c. Ita per Sacramen-  
ta

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

ea spiritus sanctus est efficax , cum uidelicet fide  
accipiuntur . Admonent enim & mouent ad cre-  
dendum , sicut uerbum . Ex his iudicari potest ,  
quis sit principalis usus ac finis Sacramentorum .  
& quomodo ad conscientias erigendas & confor-  
mandas , tanquam ad finem referri debeant .

Hunc principalem usum docent & apo-  
stoli & ecclesiastici scriptores . Paulus enim de  
baptismo ait . Saluauit nos per lauacrum regene-  
rationis , Quare Deus est efficax per baptismum  
Et Petrus eruditissime ait . Baptismum esse non  
tantum externam sordium corporis ablutionem .  
sed pactum bonae conscientiae erga Deum per re-  
surrectionem Christi , hoc est , pactum quo Deus  
erga nos testatur se nobis placatum esse propter  
resuscitatum Christum . Et uicissim hoc pacto con-  
scientia confidit se habere placatum Deum , hoc  
est nos esse iustos propter Christum . Et in Actis  
ait Petrus , baptizetur unusquisque in nomine Iesu  
Christi in remissionem peccatorum , ubi certe  
affirmat baptismum testimonium esse & signum  
remissionis peccatorum & donationis spiritus  
sancti . Ideo & sancti patres uocant Sacraenta  
signa gratie , hoc est uoluntatis Dei erga nos , nec

## DE SACRAMENTIS

Nec tantum iudicant ea notas esse professionis eam  
viam hominibus. Prophanum est sacramenta tan-  
tum efficere quasdam notas professionis erga ho-  
mines, nec accommodare ea ad usum consciencie  
hierum cum Deo agentium.

Cæterum postquam principalem usum de-  
finem tenemus, reliqui etiam usus addi possunt.  
Solen enim unius rei uarii fines esse. Sunt signa  
confessionis. Est autem confessio ut scimus præci-  
pui cultus Dei. Sunt item allegoriae ac symbola  
honorum morum, sicut interdum sancti patres in  
concionibus adhortantur nos ad mutuam dilectio-  
nem. Quia cum simul in communi mensa, corpus  
domini accipimus, sanctissimum quoddam foedus  
mutuae benevolentie facimus, cum omnes ex mem-  
bra Christi ex uelut unum corpus inter nos effi-  
cimur. Hoc arguento multum ex libenter nisi  
sunt sancti patres.

### De Sacramentorum nu- mero.

**N**IHL opus est rixari de sacramentorum nu-  
mero. Nam si Sacra menta vocamus non  
solum

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

solum ceremonias in Euangelio institutas, sed etiam alias res aut opera quibus additae sunt promissiones diuinæ, multa Sacra menta numerari poterunt, ut Oratio erit Sacra mentum. Est enim opus quoddam nostrum & habet magnificas promissiones, Quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Erunt Sacra menta & afflictiones & eleemosynæ, quia sunt opera ornata diuinis promissionibus, ut date & dabitur uobis. Et quidem prodesset huiusmodi opera ornari titulo Sacra mentorum, ut quasi in illustri loco posita pluris fierent, & hoc titulo homines admoniti scirent promissiones requiriendas & magnificandas esse. Hoc modo & matrimonium Sacra mentum est, quia est res externa ornata uerbo Dei & promissionibus. Est item significatio spiritualis connubii & societatis quæ nobis est cum Christo. Erit & magistratus hoc modo Sacra mentum, quia est certum genus honorum operum ornatum uerbo Dei & promissionibus R.O. Sed hec quæ diximus non sunt ceremonie recentes in Euangelio institutæ.

Itaq; si Sacra menta uocamus ceremonias seu ritus in Euangelio institutos, & propriæ pertinentes

## DE SACRAMENTORVM NVMERO.

pertinentes ad hanc præcipuam promissionem & Euangelijs propriam scilicet de remissione peccatorum, facile est dijudicare, quæ sunt Sacra menta. Baptismus, Cœna domini & Absolutio. Nam huius instituti sunt in Euangelio, & usurpantur ad significandam hanc promissionem Euangelijs propriam. Baptizamur enim ut credamus nobis peccata condonata esse. Sic & Cœna Domini et Absolutio admonent nos, ut credamus certo nobis remitti peccata.

Confirmatio & extrema unctio sunt ritus accepti à patribus, quos ne ecclesia quidem tanquam necessarios ad salutem requirit. Quia non habent mandatum Dei. Ideo prodest hos ritus à superioribus discernere, ut sciamus eos non esse necessarios. Sed confirmatio magnopere probanda esset, si usurparetur ad hoc ut exar minaretur iuuentus & fidè propriā profiteretur.

Maxime autem placet mihi Ordinem, ut hoc ant, inter Sacra menta numerari, modo ut intelligatur & ipsum ministerium Euangelijs, & uocatio ad hoc ministerium docendi Euangelium & administrandi Sacra menta. Prodest enim diligenter ornare ministerium uerbi, & scire homines quod spiritus sanctus datur per ministerium &

## LOCI COMMV. PHILI. MELANTH.

meditationem uerbi ne alias illuminationes extra  
uerbum & sine uerbo quæramus, quicmadmodū  
ficiunt spiritus fanatici. Ministerium uerbi habet  
mandatum Dei, uidelicet, ut & doceatur & au-  
diatur, habet & ingentes promissiones Rom<sup>i</sup>.  
Euangelium est potentia Dei ad salutem omni-  
credenti. Deinde de ordinatione, hoc est, de uoca-  
tione ad ministerium prodest intelligere, quod De-  
us approbet uocatos ab ecclesia & uelit adesse co-  
rum ministerio. Hoc beneficium de' et nobis gra-  
tissimum esse, & diligenter ornandum atq; illu-  
strandum est. Hoc modo numerare ordinem in-  
ter Sacraenta fuerit utilissimum, scilicet, ad  
illustrandam dignitatem ministerij uerbi. Sed alij  
cum de ordinatione loquuntur omissa mentione  
ministerij Euangeli, putant ordinem esse uocatio-  
nem ad sacrificandum pro uiuis & mortuis. De-  
inde addunt non futuram in ecclesia remissionem  
peccatorum, si non esset certum aliquod sacrifici-  
cium, præter Christi sacrificium, & fingunt  
hoc sacrificio sacerdotes alijs merceri remissio-  
nem peccatorum. Haec opiniones ex quadam  
manoꝝλια, ortæ sunt, quod nouum testamentum  
incommode contulerunt cum ceremonijs leuiti-  
cis. Sed de ministerio & sacrificio paulo post di-  
cessum

## DE BAPTISMO.

tendum crit. Nunc satis est hæc monuissc de nro  
mero sacramentorum. -

### De Baptismo,

BAPTISMVM esse signum noui testamenti ostendit ipsa promissio. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Itaq; cum baptizamur, uelut scribitur hæc promissio in nostris corporibus. Et quia signa sunt allegoriæ quædam, hæc ceremonia significat poenitentiam & remissiōnem peccatorum seu ut Paulus loquitur regenerationem. Nam immersio significat ueterem hominem cum peccato morti destinatum esse, ex reditus ex aquis significat nos iam ablutos expectare nouam & eternam uitam ac iusticiam partam per Christum. Usum igitur indicat ipsa ceremonia, indicat & promissio. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Item uerba quæ adhibentur in baptismo. Baptizo te in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti, hoc est, hoc signo tecum pacificor ac testor te iam esse reconciliatum Deo, te recipi à Deo, qui est, Pater, Filius. Spiritus sanctus. Recipit autem te pater propter filium & pollicetur tibi spiritum sanctum, quo te uiuiscabis

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

cabit & sanctificabit . Ita in ipsis uerbis insunt amplissimæ & grauissimæ promissiones , & summa Euangelij . Erit igitur hic usus baptismi per omnem uitam , ut hoc pacto statuamus nobis propositam & donatam esse remissionem peccatorum & reconciliationem . Nam etiam cum lapsi sumus , ualet in resipiscenibus pactum , quo iam olim cum Deo pacti sumus , Quia Euangclium testatur resipiscenibus ignosci . Magis igitur intelligemus uim & usum baptismi , si crebra meditacione huius pacti fidem exercebimus & confirmabimus . Ceterum ipsum signum non debet iterari , Quia iteratio ceremoniæ nihil prodebet , & signum semel acceptum est perpetua nota , & perpetuum testimonium . sicut circumcisio semel facta , erat perpetuum testimonium pacti scriptum in corporibus .

De Baptismo Ioannis  
& Apostolorum.

**V**TERq; baptismus signum fuit noui testamenti , neq; quicquam interst inter baptismum Ioannis & Apostolorum , nisi quod baptimus Ioannis testabatur uenturum esse Christum .  
Baptismus

## DE BAPTISMO IOANNIS ET APOSTO-

Baptismus apostolorum testatur iam exhibitum esse Christum. Ceterum uterque baptismus, est ministerium et requirit fidem in Christum et ea fide pariter sanctificabuntur et saluabantur baptizati tum a Iohanne, tum ab Apostolis. Quod autem Iohannes inquit. Ego baptizo aqua ad poenitentiam, Qui autem post me uenturus est baptabit spiritu sancto et igni. Hic discernit non ministeria uel ceremonias. sed discernit personas ministrorum a persona Christi. Testatur enim Christum ipsum esse dominum, per quem baptasmus sit efficax, qui datus sit spiritu sanctum, nouam et eternam uitam, ac profitetur se ministerium esse, qui tantum adhibeat externum signum et praedicit uerbum. Et illud externum ministerium Iohannis et apostolorum simile est, et ualeat pariter in credentibus. Ceterum hoc uerum est, quod post resurrectionem Christi clariora testimonia habemus, quod detur spiritus sanctus baptisatis, sicut testantur ipsa exempla in Actis.

## De Baptismo infantium.

**P**AVLVS iubet explorari spiritus et Christus regulam tradit. Ex fructibus corum n*isi* cognos-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

cognoscetis eos . Porro certissima indicia fanatis  
et mentis sunt impia dogmata . Quare in iudi-  
candis his qui damnant baptismum parvolorum  
consideremus etiam quales habeant notas , habent  
autem multas impias opiniones , non solum de bap-  
tismo , sed etiam de ceteris articulis Christiane  
doctrinæ . Damnant pleraq; politica , ut , iudicia ,  
iuramentum , rerum diuisionem &c. Vnde satis  
apparet eos non intelligere spiritualem iusticiam , sed  
imaginari Christianismum esse tantum quendam  
externum monachatum . Imo anabaptistæ nuper  
nati etiam turpiter docent , coniugem debere dis-  
cedere à coniuge abhorrente à secta anabaptisti-  
ca . Et alicubi iam per sedicionem pepulerunt le-  
gitimos magistratus . Item fingunt talc Christi reg-  
num in terris ante nouissimū dicem futurum esse , in  
quo dominaturi sint sancti deletis omnibus  
Impiis , Hæc Iudaica deliramenta & sedi-  
ciosa & impia sunt . Tales nota diligenter sunt  
considerande ut spiritus probentur . Cum igitur  
habeant anabaptistæ palam impias opiniones , dam-  
nandi & fugiendi sunt . Neinde in hac ipsa cau-  
ssa de baptismo parvolorum multos habent erro-  
res . Negant peccatum originis , hæc nota iterum  
significat eos tantum prophano more iudicare de  
peccato

## DE BAPTISMO INFANTIVM.

peccato & iustici t, nullum intelligunt esse peccatum nisi actuale. Cum igitur constet anabaptistas agi fanatico spiritu, non moueat nos eorum auctoritas, ut discedamus à communi consensu veteris ecclesie de baptizandis infantibus.

Nam uetusissimi scriptores ecclesiastici probant baptismum infantum. Origenes enim in. c. cap. ad Roma. sic scribit. Itaq; & ecclesia ab apostolis traditionem accepit etiam paruulis dare baptismum. Sciebant enim illi quibus secretis diuinorum mynisteriorum commissa sunt, q; essent in omnibus genuinæ sordes peccati, quæ per aquam & spiritum aboliri deberent. Hæc sunt Origenis uerba, in quibus utrumq; testatur, & baptizari infantes, ex consequi eos per baptismū remissionē peccati originalis, hoc est reconciliari eos Deo.

Cyprianus scribit in concilio damnatam esse opinionem cuiusdam, qui infantes non uolebat ante octauum diem baptizare. Censuit enim Synodus infantes baptizandos esse, nec obseruari oportere prescriptum tempus octauii dici.

Augustinus de baptismo contra Donatistas

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

tistas li. 4. ait . De baptismo parvulorum , quod  
uniuersa tenet ecclesia , nec concilii institutum ,  
sed semper retentum est , non nisi Apostolica au-  
toritate traditum , rectissime creditur .

Item ueraciter coniucere possumus , quid  
ualeat in parvulis baptismi sacramentum ex cir-  
cumcisione carnis quam prior populus acc-  
pit.

Hec & similia loca , testantur ueterem  
ecclesiam approbare baptismum infantium , que-  
ideo obseruanda sunt , quia nonnulli impostores ,  
ut fucum faciant illiteratis allegant patres quasi  
improbent baptismum infantum , cum quidem  
afficiant patres insigni iniuria . Deinde & hoc  
obseruandum est . Non est tutum dogma aliquod  
recipere cuius prorsus nullum extat testimonium  
in ueteri ecclesia .

Sed addamus etiam rationes que testan-  
tur infantes baptizandos esse . Mea ratio haec est .  
Certum est regnum Dei & promissionem Euana-  
gelii ad pueros pertinere . Non est autem extra  
ecclesiam salus , ubi nec uerbum , nec sacra-  
mentum

## DE BAPTISMO INFANTIVM.

tum est . Ergo pueri inserendi sunt ecclesiæ & ad  
hibendum est signum , quod testatur ad eos perti-  
nere promissionem .

Maior est certa , quod ad pueros perti-  
neat regnum Christi & promissio Euangelii .  
Quia Christus inquit . Talium est regnum cœlo-  
rum . Item , Non est uoluntas coram patre uestro  
qui in cœlis est , ut pereat unus de pusillis istis .  
Nam hæc loca non possunt cludi hac cauillatione ,  
quod Christus hic nihil promittat pueris , sed tan-  
tum uelit nos imitari eorum simplicitatem . Hæc  
cauillatio prorsus inanis est . Constat enim in illis  
locis uere de ætate paruulis dici , Et Christus in-  
quit . Angeli corum uident faciem patris . Quare  
testatur eos Deo placere , & custodiri per an-  
gelos . Et quid potest dici clarius ? Non est uo-  
luntas Dei , ut pereat unus de pusillis istis . Hæc  
sententia clarum testimonium ecclesiæ proponit  
de salute puerorum , & gratissima nobis esse de-  
bet , & diligenter inculcanda est primæ ætati ut  
quam diutissime retineat hanc promissionem . Con-  
firmat maiorem etiam Lex de circumcisione , ubi  
dicit , Ego Deus eorum . Testatur enim Deus se-  
uile suuere quos iubet circumcidit , iubet autem &  
u a infantes

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

infantes circumcidit. Sed existimo uix quenquam esse qui maiorem auist in dubium vocare. Et tandem maiore constituta reliqua defendi facile possunt.

Accedamus igitur ad minorem. Minor est, Quod non sit salus extra ecclesiam, ubi neque uerbum, neque sacramenta sunt. In hac sententia facile possum aduersarij refutari. Quia nobis certum est in ecclesia salutem esse. Ipsi uero non possunt ostendere salutem extra ecclesiam esse. Quod uero non sit extra ecclesiam salus constat. Quia ecclesia est regnum Christi, in qua Christus est efficax per uerbum & per sacramenta, sicut Paulus inquit Ephe. 5. Christus dixit ecclesiam, & se ipsum pro ea tradidit, ut eam sacrificet mundans eam lauacro aquae & uero. Ideo & alio loco dicit. Vnum corpus, & unus spiritus, unus dominus, una fides, unum baptisma. Hec omnia testantur, hos qui ad ecclesiam pertinent, signo aliquo externo ecclesie insertos esse. Testatur idem locus in Genesi de circumcisione. Masculus cuius præpucl caro non fuerit circumcisus, delabitur anima illa de polo.

## DE BAPTISMO INFANTIVM.

populo . Quia pactum meum irritum facit . Hic  
clare pronunciat cum qui signum non habet reuici  
à Deo . Fuit autem ex circumcisio signum eccle-  
sie Dei , sicut nunc baptismus . Et in summa de-  
minore certum est , pueros in ecclesia saluos sic-  
ri . Quare minorem satis firmam esse sentiamus .  
Dequitur igitur conclusio . Pueros baptizandos  
esse , ut accepto signo membra fiant ecclesie , et  
Deus promissionem suam eis impertiat . Hoc ar-  
gumentum existimo bonis et moderatis satisfa-  
ccere .

Huc pertinet etiam quod Christus ita pro-  
nunciat remitti peccata , si remittat ecclesia . iux-  
ta illud . Quorum remiseritis peccata remitten-  
tur eis . et quorum retinueritis retinebuntur et c .  
Ergo et infantibus ita constabit remitti peccatum  
cum ecclesia remittit .

Sed obiciunt aduersarii primum de fide  
infantes non intelligunt uerbum , igitur non crea-  
dunt . Deinde contendunt nihil prodesse eis  
sacramenta . Quia sacramenta sine fide non pro-  
sunt . Huic argumento primum opponendum est  
exemplum infantum circumcisorum , qui etiam  
non

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

non intelligebant uerbum, & tamen ualebat p<sup>a</sup>ctum, & placebant ipsi Deo propter p<sup>a</sup>ctum. Præterea etiam si non intelligunt uerbum, tamen ex superiori propositione fateri necesse est, quod Deus sit in eis efficax. Nam cum certum sit salutem & regnum Dei ad infantes pertinere, certum est etiam Deum in eis efficacem esse, iuxta illud. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Nec nostrum est scrutari, quomodo Deus in eis agat. Illud nos tenere satis est, quod certum est salutem ad infantes pertinere, unde sequitur Deum in eis efficacem esse.

Objiciunt & aliud argumentum. Ecclesia nihil debet instituere tanquam necessarium ad salutem sine expresso mandato Dei. De infantibus baptizandis non extat mandatum, Ergo non sunt baptizandi. Ad totum argumentum respondeo. Primum. Vniuersalis consensus ecclesie omnium temporum est testimonium quod hec ordinatio sit apostolica. Deinde respondeo ad minorum. Neganda est minor. Nam mandatum est uniuersale. Baptizate omnes gentes. Ergo et pueros complectitur. Et huius interpretationis habet ecclesia optimas & grauissimas rationes. Primum

## DE BAPTISMO INFANTIVM.

Primum enim scit ecclesia premisionem Euange-  
lii etiam ad pueros pertinere. Item scit salutem  
tamen ad pueros qui sunt in ecclesia pertinere. Ergo  
iudicat pueros inserendos esse ecclesiae. Item ec-  
clesia scit se habere mandatum remittendi pecca-  
ta, & scit Deum ita remittere peccata si remit-  
tat ecclesia. Quare & pueris impertit remissio-  
nem peccatorum. Ad haec habet ecclesia exem-  
plum circumcisionis. Si infantibus tunc opus fuit  
signo, ut insererentur ecclesiae. Ergo nunc quo  
signo opus est. Nam utrumque signum significat  
premissionem gratiae, ut testatur Paulus. Haec ra-  
tiones sumptae sunt ex scripturis. Quare eccle-  
sia non instituit baptismum puerorum humana au-  
toritate, sed usurpat propter auctoritatem scrip-  
turarum.

Si haec responsio non satisfacit aduersa-  
riis, interrogemus & ipsos uicissim, qua auctori-  
tate ipsi improbent uniuersalem consensum eccl-  
esiae & utrum sentiant pueros extra ecclesiam sal-  
uos fore. Nos habemus generale mandatum Euan-  
gelii, habemus deinde grauiissima argumenta  
ex scripturis sumpta, quod illud generale manda-  
tum etiam ad pueros pertineat. Certe enim Euan-  
gelij

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

geliū beneficium ac promissio ad pueros pertinet.  
Hec piis & moderatis satisfaciunt. Nec possunt  
aduersarii contra quidquam afferre firmius. Sed  
fingunt opinionem ex se, sine autoritate scrip-  
turæ & Ecclesie.

Addamus & tertium argumentum and  
baptistarum, et si leuius est, quam ut recitare  
opus sit. Baptismus est pactum quo promittimus  
mortificationem carnis. Infantes nondum hoc in-  
telligunt nec præstant. Ergo non sunt baptisandi.  
In hoc argumento ualde tumultuantur anabap-  
tistæ Monasterienses, sed maior ex errore natu-  
ræ. Putant enim sacramenta tantum signa esse,  
nostrorum operum aut morum, nec intelligunt ea  
principaliter signa esse uoluntatis Dei & promi-  
ssionis erga nos. Est igitur neganda maior. Bap-  
tismus enim principaliter est pactum gratie seu  
promissionis diuinæ erga nos, qua nobis remittit  
peccata. Habent autem opus infantes remissio-  
ne peccati originis, de quo supra satis dictum  
est. Et in ipsa ceremonia dicitur. Ego baptizo te  
in nomine patris &c. hoc est, testor quod iam  
reconciliatus sis illi Deo, qui est pater, filius  
& spiritus sanctus &c. Non dicitur Ego bap-  
tizo

DE COENA DOMINI.  
Ego me quod mores mei sint tales. &c.

## De Coena Domini.

VARIAE sunt appellationes huius Sacrae  
menti. Sed Paulus uocat cœnam domini.  
Postea appellarunt συναξιp. propterea quod  
communis cœna esset congregationis in ecclesia,  
appellarunt εὐχαριστiαp propter finem, quia  
hæc ceremonia instituta est ut ea utentes agnos-  
camus beneficium Christi, & admoniti fide eriga-  
mur & statuamus hoc nobis pignus exhiberi,  
quod testetur nobis donari remissionem peccato-  
rum, deinde ut pro tanto beneficio gratias aga-  
mus. Supra autem dictū est, Sacramentum, cere-  
moniam esse additam promissione in qua Deus nos-  
bis aliquid exhibit. Sic & hæc Cœna est Sacra-  
mentum, debet enim intelligi ceremonia addita  
summæ totius Euangelii, quod & complectitur in  
ipsis uerbis, Hic est calix nouum testamentum, id  
est, testimonium nouæ promissionis. Est & sum-  
ma Euangelii seu promissionis in his uerbis. Hoc  
est corpus meum quod pro uobis datur, Item, hic  
est sanguis qui pro multis effunditur in remis-  
sionem

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

sionem peccatorum .      Principalis igitur finis huius ceremoniae est , ut testetur nobis exhiberi res in Euangelio promissas , scilicet , remissionem peccatorum & iustificationem propter Christum . Principaliter enim hoc intueri debemus Sacramentum esse signum gratiae , hanc cœnam esse signum noui testamenti . Quid est autem nouum testamentum ? Certe promissio est remissionis peccatorum , & reconciliationis propter Christum .

Deinde sic prodest hæc ceremonia , cum fidem addimus , scilicet , qua credimus promissa contingere , nosq; consolamur , & hoc spectaculum oculis atq; animo obiicitur , ut nos ad credendum admoneat , & fides in nobis exuscitetur . Christus enim testatur ad nos pertinere beneficium suum , cum nobis impertit suum corpus , & nos sibi adiungit tanquam membra qua non potest alia coniunctio cogitari propior . Testatur item se in nobis efficacem fore , quia ipse est uita . dat sanguinem ut testetur se nos ablueret . Hac cum in illa sanctissima cœna geri uidemus , fides accedere debet , ita proderit usus ceremonie , & consolabitur & uiuificabit conscientiam , atq; hic usus priuatus

## DE CEONA DOMINI.

hui est, & pariter ad sacerdotes & ad laicos pertinet, sicut pariter utrisque opus est remissione peccatorum & consolatione. Sed sacerdotes ministri sunt aliis exhibetes sacramentum. Ex his appetet coenam domini sacramentum esse. Quia est signum adiutorii promissioni Euangeli. Apparet item quis sit principalis finis, & quod non profit ex opere operato, sed quod in usu fides accedere debeat.

Addamus etiam de preparatione & qui digne sumant. Ecclesia olim arcebat à communione obnoxios manifestis criminibus, quia hoc sacramento uti debent qui agunt poenitentiam. Hic enim proponitur testimonium remissionis peccatorum, quo admoniti fidem erigere debent, hi qui habent perterrefactas conscientias, id est digne sumere, cum utuntur hi qui agunt poenitentiam, & tamen utuntur non fructi propria dignitate, sed credunt remitti peccata gratis propter Christū, non propter hoc opus sumptuosum. Sed haec sumptuosa figura quoddam est, & pignus illius beneficij. Haec de principali fine necesse est monere, quia alij intelligunt hanc ceremoniam tantum opus quoddam esse, in quo nos praestamus aliquid Deo, nec refe-



LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

runt ad promissionem , nec docent quomodo ad finem exercendam proficit, quomodo proficit ad consolandas conscientias . Est igitur ille principalis finis tenendus , de consolatione conscientiarum.

Postea debent accedere etiam ceteri fines Gratiarum actio qua consecuti remissionem peccatorū pro tanta misericordia gratias agere debemus . Est & finis abortatio ad bene operandum , ne polluamus corpora iam coniuncta corpori Christi . Item fines ad caritatem pertinentes , Cum omnes efficiamur membra unius corporis Christi , debemus inter nos deuincti esse mutua dilectione .

Multæ autem & horribiles de hoc sacramento controuersie extiterunt . Disputatur de uerbis coenæ , an sit in his uerbis metaphora . Hoc est corpus meum . Quæritur de Missa , an sit quedam oblatio facienda , et applicanda pro alijs viuis & mortuis ut mereatur eis remissionem seu culpæ seu poenæ . Quid differat opus sacerdotis , & Laici . Hæ controuersie , & aliae his uicine facili dijudicari possent , si non esset mutata uetus Ecclesiæ consuetudo in hac ceremonia trattanda Atq;

## DC COENA DOMINI.

Atq; utinam synodus eas pie et fœliciter expli-  
tet. Ego nec autor nec assertor ullius noui dog-  
matis esse uolo, quod non habet Ecclesiæ veteris  
probata testimonia. Non enim contemno Ecclesiæ  
catholicæ iudicium & autoritatem. Quid au-  
tem de uerbis Coenæ senserint Ecclesiastici scrip-  
tores, ex dictis corum appareret.

Paulus inquit. Panis est communicatio  
corporis Christi, poculum est communicatio sanguinis  
Christi. Itaq; datis his rebus, pane et uino  
in coena domiri, exhibentur nobis corpus et sang-  
uis Christi. Et Christus uere adest sacramento suo,  
et efficax est in nobis, sicut Hilarius inquit.  
Quæ sumpta et hausta faciunt, ut Christus sit in  
nobis, et nos in Christo. Mirum profecto et in-  
gens pignus summi erga nos amoris, summæ misericordiae,  
quod hac ipsa cena testatum uult,  
quod seipsum nobis impertiat, quod nos sibi adiun-  
get tanquam membra, ut sciamus nos ab eo dili-  
gi, resppici, seruari.

Utinam huius tanti muneris magnitudine  
nem animo metiri et contemplari disceremus, ut  
grati essemus et cum fidem erigeremus, tum ue-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

expauesceremus etiam & cogitaremus quantum habeat ingratitudo sceleris , quam horribiles poenæ abusus manifestos & prophanationem securare sint. Nec existimandum est minas illas grauiissimas quæ sunt apud Paulum , irritas esse . Semper Deus etiam in hac vita magnis calamitatibus puniuit idolatriam . Quare arbitror maximam partem publicorum malorum his postremis temporibus imputandam esse huius sanctissimi muneris prophanationi . Sed in extremo iudicio cum impietas mundi retecta palam conficietur, præbebunt hi abusus horrendum spectaculum, & punientur longe atrocioribus poenis , quas nulla vox humana eloqui potest . Legi scriptam ante annos ducentos pīj cuiusdam hominis uisionem, cui apparuit Christus uelut laceratus flagellis plenus uulnerum & cruoris manantis per totum corpus. Hac specie perterrefactus homo primum exanimatus, postquam iterum se collegit, agnoscit significari singulare genus contumeliae quo Christus afficiatur , Cūq; interrogat quid hec uulnera precipue significant, respondet Christus sic lacera ri se ab his qui pellunt suum corpus per abusum Sacramentii & Missarum .

Ferunt & Diuo Antonio uisionem ob latam

## DE COENA DOMINI.

letam esse , in qua uidit paſsim per totum orbem  
porcos ſtare ad aras & tractare Sacramentum.  
Hec ſpecies ſignificauit etiam abuſus qui poſt ei-  
us etatem in Eccleſiam poſtea peruerterunt.  
Et uidetur prophanatio duratura eſſe , uſq; ad  
finem mundi , ut Daniel ſignificat , etiamſi aliquæ  
ex parte prius reuelabitur , Christus faciat , ut eti-  
am ſœliciter emendetur .

Ac de Missa alio loco diſputatum eſt.  
Religio opinionem que precipue illam infinitam  
Prophanationē peperit. Finixerunt enim oblationē  
in Missa ſacrificium eſſe , quod applicatum pro  
aliis , uiuis & mortuis mercatur eis remiſſionem  
culpe & pœnae , et quidem ex opere operato.  
Ideoq; hoc ſacrificio etiam mortuis polliciti ſunt  
liberationem à pœnis purgatoriij . Hec & à  
ſcriptura diſſentiunt , et ignota ſunt ueteri Eccle-  
ſie , & obſcurant doctrinam de fide . Sed quoni-  
am hoc loco hanc diſputationem pretermittendam  
duxi , pauca quædam de ratione ſacrificij dicam.  
Prodeſt enim & ad hanc controuerſiam iudican-  
dam , & ad multa alia , noſſe ſacrificij naturam.  
Eſi autem puerile uidetur uocabula ſacramenti  
& ſacrificii diſcernere , tamen res poſtulat , ut

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

In ceremoniis discriminem obseruetur, & diversi fines. Aliæ sunt signa & note promissionum in quibus Deus nobis aliquid exhibet. Aliæ uero ceremonie non sunt proprie signa promissionum, sed opera que nos Deo reddimus.

Hec in ceremoniis discriminanda necessaria est obseruare, quibuscumque tandem vocabulis utamur. Et quoniam haec vocabula Sacramenti & sacrificii in usu sunt, nos quoque ea retinendum. Est itaque Sacramentum ceremonia, que est signum promissionis per quod Deus aliquid nobis promittit aut exhibet. Circumcisio erat signum, quo pollicebatur Deus se recipere circumcisos. Baptismus signum est quo Deus nobiscum agit, & recipit nos in gratiam, et quasi Baptizat nos ipse. Nam minister baptizat uice Christi. Sacrificium est ceremonia uel opus nostrum, quod nos Deo reddimus, ut cum honore afficiamus, hoc est, testamur nos agnoscere hunc ipsum cui hanc obedientiam prestamus uere esse Deum. Ideoque nos ei hanc obedientiam prestare.

Sunt autem sacrificii species proxime due, nec sunt plures. Quoddam est sacrificium propitiatorium

## DE COENA DOMINI.

propiciatorium, uidelicet, opus quod meretur  
aliis remissionem culpe et poenae aeternae, seu  
opus reconcilians Deum, et placans iram Dei  
pro aliis, et satisfactorium pro culpa et poena  
eterna. Altera species est sacrificium ευχαριστηρίου  
quod non meretur remissionem peccatorum aut  
reconciliationem, sed fit à reconciliatis, ut pro  
accepta remissione peccatorum, et pro aliis be-  
neficiis Deo gratias agamus, seu gratiam refera-  
mus hac nostra obedientia. Hæc distinctio satis  
clare probari potest ex epistola ad hebreos. Hæc  
enim docet tantum unum in mundo propiciatoriū  
sacrificium fuisse. Relinquitur igitur cetera om-  
nia cæle opera, in quibus reconciliati obedientiam  
declarare debuerint.

Porro in has duas species quæ dixi, di-  
stribui possunt omnia leuitica sacrificia tanquam  
in sua domicilia. Diccebantur enim quædam in le-  
gitimis propiciatoria sacrificia propter significatio-  
nem seu similitudinem, non quod mercerentur re-  
missionem peccatorum coram Deo, sed quia sig-  
nificabant futurum Christi sacrificium. Cæterum  
ibi mercabantur remissionem peccatorum in exter-  
na conuersatione, hoc est, ne illi excluderentur

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

ex politia Moysi. Dicebantur itaq; propiciatoria  
pro peccato , pro delicto , holocaustum . Illa uero  
erant ex apisina , oblatio , libatio , retributio-  
nes , primicia , decimae.

Sed reuera unicum tantum in mundo fit  
propiciatorium sacrificium , uidelicet passio  
seu mors Christi , ut docet epistola ad hebreos .  
Impossibile est sanguine taurorum et hircorum  
auferri peccata . Et paulo post de uoluntate Christi  
in qua uoluntate sanctificati sumus . per obla-  
tionem corporis Christi semel &c. Nam et Christus  
ipse suum sacrificium pro nobis applicat cum  
pro nobis orat , Ioan.17. Pro eis sanctifico  
me ipsum , ut sint et ipsi sanctificati in ueritate .  
Non pro eis autem rogo tantum , sed et pro iis  
qui credituri sunt per uerbum eorum in me . Ecce  
haec sunt nostri pontificis ac sacerdotis uerba , qui  
bus se pro tota ecclesia offert ac pro ea erat , quae  
semper in conspectu et in animo habere debemus .  
Esaias etiam interpretatur legem , ut sciamus  
mortem Christi uere esse satisfactionem pro pec-  
catis nostris seu expiationem , non ceremonias Ica-  
gis . Quare inquit cap . 53 . Postquam dede-  
rit animam suam hostiam pro delictis , uidetit se  
mcl

## DE COENA DOMINI.

men longæum &c. quasi dicat, Alia hostia re-  
stat, que uere tollet peccatum & mortem. Ergo  
iste usitatae ceremoniae non tollunt peccatum &  
mortem. Paulus hanc sententiam reddidit cum in-  
quit factus est maledictū. Item de peccato damna-  
uit peccatū, id est peccatū puniuit & deleruit per  
hostiam pro peccato. ipsam enim hostiam hebræi  
peccatum seu delictum uocant, sicut latini piacu-  
lum. Tencamus igitur hoc, siuisse unicum tantum  
in mundo sacrificium propiciatorium. Nam illæ  
que in lege dicebantur propiciatoria, ut dixi  
propter similitudinem sic uocabantur. Ideoq; abo-  
lita sunt postquam Christus apparuit. Porro cum  
Euangelium ideo promissum sit, ut exhiberet ue-  
ram propiciationem, necesse est ceremonias leui-  
ticas non fuisse ueras propiciaciones, quia cessau-  
runt reuelato Euangilio.

## De Eucharistico sacrificio.

**N**VNC reliqua sunt sacrificia eucharistica, quæ uocantur  
sacrificia laudis. Prædica-  
tio Euangeli, fides, inuocatio, gratiarum actio,  
confessio, afflictiones sanctorum. Imò omnia  
bona opera sanctorum. Hæc sacrificia non sunt  
satisfactiones pro facientibus, uel applicabiles

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

pro alijs , que mercantur eis ex opere operato remissionem peccatorum seu reconciliationem. Itaq; preter unum sacrificium propiciatorium scilicet mortem Christi cetera sacrificia in nouo testamento tantum sunt ex Christo sicut docet Petrus i. Petri. 2. Sacerdotium sanctum ut offeratis hostias spirituales . Opponuntur autem hostias spirituales non tantum pecudibus , sed etiam humanis operibus ex opere operato oblatis , hoc est sine fide & bono motu cordis . Quia spirituale significat motus spiritus sancti in nobis , De his sacrificiis loquitur & epistola ad hebreos cap. 15. Per ipsum offeramus hostiam laudis semper Deo , & addit interpretationem , fructum labiorum conscientium nomini eius , id est invocationem , gratiarum actionem , confessionem & similia . Hac ualent non ex opere operato , sed propter fidem , id monet particula , per ipsum offeramus , hoc est , fide in Christum , Est autem insignis consolatio christiane mentis , scire , quod omnia bona opera & omnes afflictiones sint sacrificia , id est , opera Deo placentia , & quibus Deus sibi honorem haberi pronunciat .

Et de hoc genere sacrificiorum pluri-  
me

## DE EUCHARISTICO.

Me extant sententiae in Psalmis & prophetis,  
ut Psal. 46. Immola Deo sacrificium laudis, Inuo-  
ca me in die tribulationis &c. Item Psal. 50.  
Sacrificium Deo spiritus contribulatus &c.

Secundo sciendum est cultum in novo  
testamento spiritualem esse, hoc est esse iusticiam  
fidei, & fructus fidei. Quia nouum testamen-  
tum adfert iusticiam & uitam spiritualem &  
eternam, iuxta illud, Dabo legem meam in cor-  
da eorum. Et Christus ait. Veri adoratores ado-  
rabunt patrem in spiritu & ueritate, hoc est, ue-  
ro cordis affectu. Ideoq; sunt abrogati leuitici  
cultus, quia debent succedere cultus spirituales  
mentis, & horum fructus & signa.

Ex his sequitur nullum esse sacrificium  
aut cultum noui testamenti, qui ex opere operato  
meretur facienti uel alijs remissionem peccato-  
rum, repugnat enim sententia, Veri adoratores  
adorabunt patrem in spiritu & ueritate &c.  
Imo pharisaica persuasio est, quod aliquis cultus  
meretur remissionem peccatorum ex opere ope-  
rato. Cumq; hac persuasione Iudei suos cultus cu-  
mularent, ut uidelicet multa mererentur gratia

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

am & reliqua beneficia , propter cumulat<sup>s</sup> sacrificia , prophetæ acerrime reclamant . damnat hanc persuasionem Psalmus . 49 . qui repudiat victimis requirit iuocationem . Nunquid manducabo , inquit , carnes taurorum &c. Et Esa . I . Quo mihi multitudinem victimarum uestrarum . Et Hierc . 7 . Non sum locutus cum patribus uestris , & non præcepi eis de holocaustis & victimis . At constat legem præcipere de sacrificijs . Verum prophetæ damnat persuasionem de opere operato , talia sacrificia non requirit Deus . Prorsus in ecclesia simili opinione cumulatae sunt Missæ . Quia sint sacrificia quæ Deo placent ex opere operato , & mercantur facienti & alijs remissionem peccatorum . Docuerunt enim per Missam fieri applicationem sacrificij Christi . At unusquisq; propria fide applicat sibi sacrificium Christi , & quidem gratis , id est non propter alium opus .

Cæterum unius operis possunt esse plures fines . Cœna domini utimur tanquam sacramento , quatenus est testimonium quo erigitur fides . Deinde hæc ipsa fides cum externo opere est quodam sacrificium , quia Deus pronunciat hanc fidem

## DE ETCHARISTICO.

Item ex talia exercitia in nouo testamento esse sa-  
crificia laudis, et esse cultus. Ita hec ipsa obedi-  
entia spiritualis fit quoddam sacrificium quo tribut-  
tur Deo honos quem requirit et approbat. Deinde  
cum hac fide necessario coniuncta est gratia-  
rum actio pro illo summo beneficio, et nobis  
et uniuersae Ecclesie collato. Vnde ex nomen  
est eucharistiae, praeterea idem opus et confessio  
est. Nam ostendimus nos credere Euangelio, et  
imitamus nostro exemplo alios. Hec omnia sunt  
sacrificia eucharistiae. Ideo ueteres hanc cere-  
moniam appellarunt sacrificium. Quod autem  
disputant non nulli, de natura cuiuslibet sacri-  
ficij esse, ut pro alijs applicetur, falsum est. Nam  
afflictiones nostrae sunt sacrificia, et tamen non  
sunt applicandae pro alijs, iuxta illud. Unusquisque  
mercedem accipiet iuxta suum laborem. Item  
probet unusquisque suum opus, et sic gloriam ha-  
bebit in se ipso. Item iustus fide sua uiuet. Probat  
idem parabola de fatis uirginibus et c. Praete-  
rea cum opera nostra sint cultus qui debentur a  
nobis ipsis sicut Paulus inquit, Debitores sumus.  
Item. Vae mihi si non Euangelizo. Deinde cum  
per se se sint insufficientia, et habeant opus fide,  
que petit, ne imputetur nobis infirmitas nostra,  
qualis.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

qualis erit arrogantia, si talia opera ducemus esse  
non solum precia pro nobis sed etiam pro aliis,  
cum dicat Christus. Cum feceritis omnia dicit,  
serui inutiles sumus. Item Psal. 49. Sacrifici-  
um uocat invocationem in tribulatione. Item,  
gratiarum actionem. Porro id opus cum gratias  
agimus, non est opus quod nos ipsi pro aliis appli-  
care possumus, ut eis propter operis dignitatem  
profit. Est igitur falsa persuasio, de natura cuius-  
libet sacrificij esse, ut applicetur pro aliis. Tan-  
tum enim propitiatorium sacrificium Christi suit  
applicandum pro aliis, cetera sacrificia nostra,  
quae sunt ex agis nostris ita prosunt facientibus, sicut  
quodlibet proprium bonum opus facienti prodest,  
nec sunt applicanda ut mereantur aliis remissio-  
nem peccatorum &c.

Ceterum oratio pro aliis aliter se ha-  
bet quam natura operum. Non enim afferit Dco  
opus aliquod, quod sit precium pro aliis, sed tan-  
tum cupid accipere a Deo. Promisit autem Deus  
se daturum & nobis & aliis pro quibus petimus.  
Hec facile discerni possunt. In oratione non oppo-  
nimus, neque offerimus Deo nostru aliquod opus ac  
precium pro aliis, sed tantum accipere uolumus  
a Deo

## DE EUCHARISTICO.

Nec à Deo, & quidem propter mediatorē Christū, sicut dicit textus. Quidquid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis . Aliud est fide agere cum Deo non propter nostrum aliquod opus. Aliud est Deo opponere alicuius certi operis meritum , & quidem pro aliis Quare applicatio operum nostrorum pro alijs, presertim pro remissione peccatorum nequaquam concedenda est , quia scriptum est Iustus fide sua uiuet .

Præterea de operibus illud sciendum est. Sicut propter aliquorum peccata plectuntur alii, ita & paucorum iusticia impetrat multa bona alii, utriusq; sententiæ multa sunt testimonia in scripturis & exempla , ut Hicre. 49. Ecce qui bus non erat iudicium ut biberent calicem, bibentes bibent . De beneficiis publicis & priuatis inquit Esa . cap. 33. Qui ambulat in iusticia & loquitur ueritatem , qui proiicit auariciam & iniurias & excutit manus suas ab omni munere. Qui obdurat aures suas ne audiat sanguinem , & claudit oculos suos ne uideat malum , iste in extensis habitabit , munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei dabitur , aquæ eius non deficient. Regem in decore suo uidebunt oculi eius, & pro latos fines terræ . Hic inter cetera præmia promittit

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

mittit publicum statum tranquilliores. Id est commune beneficium ad multos pertinens. Sunt & exempla. Propter peccatum Davidis plectebatur populus propter paucos iustos ueluit Deus parcere Sodomis. propter Naaman benefecit Siriae. Discamus ergo poenas & premia late patere, ut ad bene operandum excite mur.

Sed tamen in talibus locis haec duo mesminisse oportet. Primum quod hi loci non pertincent ad iustificationem, hoc est, iniustis non prouident aliena opera sanctorum ad iustificationem, sed iustis impetrant multa communia bona, quia sumus membra unius corporis. Alterum est, quod non est nostrum applicare aliis nostra merita, Quia haec esset fiducia quedam nostri operis, sed Deo debemus permettere que præmia communia uel peculiaria nobis datus sit. Oratio autem applicatur pro aliis, quia nititur non dignitate propria, sed gratuita Christi promissione. Ex his facile iudicari potest, quid sit de applicatione sentiendum. Quod enim ad iustificationem attinet, nulla est applicatio sine fide propria. Fides autem instrumentis uititur, uerbo & sacramentis, nec

## DE POENITENTIA.

Quæ testantur ad nos pertinere beneficium Christi,  
nec pendet hoc beneficium ex dignitate alieni o= =  
peris humani. Hæc satis sit de Missa uerecunde  
dixisse.

### De Poenitentia.

V TILITER recensetur inter sacramenta  
& sacramentum poenitentiae, ut tanquam  
loco posita illustriore magis conspicatur, &  
apud ecclesiam magis nota sit. Primum autem  
in hoc loco refutandi sunt Nouatiani & Cathari,  
qui negabant lapsos post baptismum, iterum posse  
consequi remissionem peccatorum. Est autem &  
haec hæresis nata ex insacia peccati & iusticiae fi-  
dei. Nam cum ignorarent Cathari peccatum hæ-  
rens in natura, somniabant se sine peccato esse.  
Ideoq; fingebant se iustos esse propria mundicie,  
nec intelligebant fidei iusticiam, quæ statuit nobis  
affidue opus esse remissione peccatorum.

Primum igitur testimonia recitabimus,  
quæ ostendunt lapsos post baptismum rursus con-  
sequi posse remissionem peccatorum, & ecclesi-  
am debere eis absolutionem impartiri cum agunt  
p poenitentiam

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

pœnitentiam . Exempla colligi possunt innumerā  
ueteris & noui testamenti . David , Manasse ,  
Petrus post negationem consecutus est ueniam.  
Est & postea lapsus ac reprehensus à Paulo. Lap-  
sa est & Galatarum ecclesia , & à Paulo reuo-  
catur ad pœnitentiam . Item Paulus ipse Corin-  
thium incestum iubet recipi post pœnitentiam .<sup>2.</sup>  
Corinth .<sup>2.</sup> Addamus & dicta scripture . Ezechie-  
lis .<sup>33.</sup> Viuo ego , Nolo mortem peccatoris , Et ci-  
usmodi sunt conciones multæ , quæ lapsos post iu-  
stificationem hortantur ad pœnitentiam . Hec ali-  
tem apud Ezechielem ideo est insignis , quia addi-  
tum est iusurandum . Viuo ego , ut conscientiae  
magis erigantur cum audiunt uon soluni pro-  
missionem , sed etiam confirmatam promissionem  
iure iurando . Quare Nouatiani accusant  
Deum periurij , cum negant lapsis remitti pecca-  
ta , & aduersus desperationem egregia consolatio  
est , quod uidemus quam sancte addito iure iurando  
requirat Deus , ut credamus nobis ignosci , nec  
ualet cauillatio , quod uetus testamentum habue-  
rit hoc beneficium , nouum non habeat , perii-  
net enim concio prophetæ ad totam ecclesiam ,  
nec est alia remissio peccatorum in ueteri ,  
alia

## DE POENITENTIA.

*Alia in novo , nec est alia spiritualis ecclesia*

Sed sumamus probationes ex novo testamento . Christus inquit Mathei.18. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum &c. Si au- dierit te lucraberis fratrem , cum Christus dicat lucraberis fratrem , clare pronunciat se de his lo- qui , quibus illa emendatio prodest , et quod de fratribus loquatur , hoc est lapsis post iustificatio nem , id quoque testatur , quod tunc demum uult ejus ei illum ex ecclesia cum non auscultat . Et deinde cum Petrus interrogat Quoties condonabo , re= spondet Christus , septuagies septies . Ergo lapsi post iustificationem possunt ueniam consequi . Nam cum iubet ecclesiam remittere , uult et ipse remittere . sicut supra inquit lucraberis fratrem item quotidie orat ecclesia . Dimitte nobis debita nostra . Ergo post iustificationem condonan- tur lapsus . Ad Gala.6. Si praeoccupatus fuerit ho- mo aliquo peccato , uos qui spirituales esis cor- rigite eum spiritu lenitatis . Hic praecepit reuo- cari lapsos ad poenitentiam , ergo sentit eis pro- desse poenitentiam . Luce 15. ait Christus , Gaudium erit angelis super uno peccatore poeni- tentiam agente ergo . Et in ea concione loquitur

P ij de pe

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

de pœnitentia filij perditi, id est, de talibus qui ante fuerant iusti. Apoca. 2. Memor esto unde lapsus sis & pœnitentiam age, & facito priora opera. Hæc loca satis testantur lapsos post iustificati onem iterum consequi posse remissionem peccatorum.

Sed Nouatiani obiciunt duos locos ex epistola ad Hebræos, Hebræ. 6. Impossibile est eos qui semel illuminati sunt &c. renouare ad pœnitentiam. Quamlibet durus uidetur hic locus, tamen si conscientia præmunita est ueris testimonijs supra citatis, non sinet se hoc loco perturbari. Imò potius tota epistola reuicienda esset quam neganda lapsis uenia. Nam & apud ueteres dubitatum est de autore huius epistolæ. Postquam igitur scimus ex superioribus testimoniois lapsis non negandam esse ueniam, facile potest iudicari non posse hic retincri τὸ ἔκτον, sed addendum esse commodam interpretationem. Alius aliter mitigat hunc locum, ut sit in obscuris aut ambiguis, græce non sonat usq; adeo incommodo, ait enim. Non est possibile renouare eos, qui Christum iterum crucifigunt & ludibrio habent, hoc simplicissime potest intelligi in hanc sentenciam, tales

## DE POENITENTIA.

tales non posse renouari qui non auscultent amplius Euangelio, sed contemnant, nec illa initia pietatis, de quibus dixit, retinere studeant, scilicet baptismi, & poenitentiae doctrinam. Hec est ut mihi quidem uidetur germana eius loci sententia & nihil habet incommodi. Tantis per non possunt renouari, dum non auscultant Euangelio, sed crucifigunt Christum. Si cui non satisficit haec interpretatione, intelligat eum loqui de blasphemis. Est enim admodum atrocibus uerbis usus, non renouari hos qui Christum iterum crucifigunt ac ludibri ohabent, haec non sunt peccata infirmitatis sed sunt blasphemiae, quales sunt Epicureorum & obstinatariorum, qui contra conscientiam persequuntur uerbum Dei, & admonitionem & poenitentiam a deo aspernantur ut securi triumphent, & sibi ualde gratulentur hanc sapientiam, quod deridere Deum ausint. Nec ualeat ratiocinatio. Blasphemia non remittitur. Ergo nullum peccatum remittitur. Imò Christus addit distinctionem, ut testetur alia peccata remitti. Matth. 12, Qui cumque dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei, poterit igitur intelligi ut locus ille apud Ioannem, Qui peccat peccato ad mortem, pro eo non dico ut oretis.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Ac de blasphemia mox dicemus<sup>1</sup>. Prius  
enim ex de altero loco dicendum est. Hebre. IO.  
Voluntaric peccantibus post acceptam noticiam  
ueritatis ,iam non relinquitur pro peccatis hosti-  
a sed terribilis expectatio iudicij . Hic locus pror-  
sus nihil habet incommodi . Non enim negat lapsos  
posse resurgere ,sed tantum facit immediatam  
antithesim beneficij Christi & iudicij , ut exclu-  
dat uidelicet , alias hostias & noua sacrificia  
&c. in hanc sententiam . Postquam Christi bene-  
ficium consecuti sumus si id non retinemus nece-  
ssario alterum accidet . uidelicet ut demus poe-  
nas in iudicio . Hic non negat lapsos posse redire  
ad beneficium Christi ,sed tantum inter se oppo-  
nit beneficium Christi & iudicium . Qui amittit  
beneficium Christi reus est iudicij . Porro ideo  
etiam hoc dicit ,ut ad bene operandumhortetur,  
ne homines securi pergant maleficere , bac opini-  
one , q̄ peccata facile expiari possint nouis culti-  
bus & operibus , sicut in lege immundicie legis  
expiabantur , iubet igitur retinere beneficium  
Christi & cauere ne amittant , nec uerat ad id  
redire .      Hæc est simplex & germana senten-  
cia .

De

DE PEC. IN SPIRIT. SANCV.

De peccato in Spiritum  
Sanctum.

AUGVSTINVS intelligit peccatum in spiritum sanctum , alias finalē imponētiā in hostib⁹ aut contemp̄torib⁹ Euangeli⁹, ali⁹ as desperationem , & satis commodam huius interpretationis rationem addit. Quia hæc peccata proprie pugnant cum gratia . Nam cetera peccata cum ad gratiam confugimus remittuntur . Persecutio uero uel desperatio repudiat gratiam . Ideo sic interpretatur dictum Christi . Qui dixerit uerbum contra spiritum Sanctum , Id est , Qui uerbum gratiæ quod predicatum & confirmatum est testimonii spiritus sancti finaliter repudiat &c. is habet irremissibile peccatum . Hæc sententia Augustini satis commoda est . Non enim omnis lapsus post agnitam ueritatem iudicari debet peccatum irremissibile . Supradictum recitauimus exempla & testimonia , quæ docent tales lapsus condonari posse , nec omnis persecutio Euangeli⁹ iudicari debet peccatum irremissibile . Quia Manasses , Paulus & alii consentiunt ueniam .

p iiiij Imò

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

Iriò utraq; sentencia retinenda est.  
Primum hæc nobis certissima esse debet. Omnia  
peccata remitti credentibus. Quia remissio pec-  
atorum est uniuersalis iuxta illud, ut omnis qui  
credit in ipsum non pereat. Item, Gratia exube-  
rat supra peccatum. Item. Ipse est propiciatio  
pro peccatis non nostris tantum sed totius mundi.  
Quare si quis negat pro suis peccatis ualere ho-  
stiam Christum, is contumelia afficit Christum.  
Est & hæc contumelia, sentire regnum peccati  
potentius esse regno gratiæ & Christi. Ideo hec  
sententia certissima nobis esse debet. Omnia pec-  
cata remitti credentibus.

Nunc ad alteram uenio, teneatur &  
ista sententia, esse quoddam peccatum irremissibi-  
le, seu, ut Ioannes uocat, peccatum ad mortem.  
Quodnam autem sit, non pertinet ad iudicium no-  
strum uel ecclesiæ. Quia illud tantum con-  
stituendum est a posteriore, tale peccatum non  
esse in his qui ueniunt ad poenitentiam & fi-  
dem.

Ex his satis liquet non deterriri homini-  
nes à poenitentia, per illam comminationem  
Christi

## DE PECCATO IN SPIRITVM SANCTVM.

Christi, pertinet enim tantum ad illos qui non rediunt ad fidem. Et e contra promittitur remissio omnibus uenientibus ad fidem. Hæc collatio ostendit in genere quod sit seu in quibus sit peccatum irremissibile, uidelicet, tantum in his, qui non ueniunt ad poenitentiam & fidem. Idq; testatur pleriq; loci, ut ad Titum, Hereticum hominē post unam atq; alteram admonitionem uitabis. Quia proprio iudicio condemnatus est. Item de induratis Rom, ii. Reliqui indurati sunt, dedit eis spiritum exacerbatum, oculos ne uideant, dorsum eorum semper incurua. Hæc sententiae describunt homines obstinatos & perseverantes in Euangelio persecutione, qui moniti atq; conuicti testimonijs spiritus sancti, hoc est, miraculis uel certis scripturis, tamen non desinunt manifestam impietatem defendere & stabilire, sicut Pharaon nihil deterritus tot miraculis pergebat furere & scuire in Israelitas, iudei in Christum & apostolos. Et deinceps similes sunt omnibus temporibus obstinati hostes Euangeli. Hæc est simplex & meo iudicio utilis interpretatio sumpta à collatione, uidelicet, cum hæc uniuersalis certa sit, remitti credentibus omnia peccata, transferendum erit

P P peccatum

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

peccatum irremissibile in illos qui non ueniunt ad fidem.

Cum igitur ecclesia habeat hoc testimoniū, omnia peccata remitti credentibus. Item habet mandatum soluendi, non disputent conscientia nostrae, quodnam sit peccatum irremissibile, sed obtemperent mandato Dei de agenda penitentia et fide. Hoc cum facimus, certum erit nos non habere peccatum irremissibile, iuxta illud. Certus sermo est et omni acceptatione dignus, quod Christus Iesus uenerit in hunc mundum, ut saluos faceret peccatores.

Redeo nunc ad poenitentiae descriptiōnem. De uocabulo nihil opus est rixari, utinam enim more ecclesiae pro conuersione seu renouatione. Cæterum uocabulum fortassis apte ad eam partem accommodari potest quam uocant contritionem. Significat enim grammaticis poenitentia aliter sentire quam antea, seu improbare id quod antea placuit, ac dolere etiam propter erratum. Scriptura uel contritionem uel totam renouationem uocat poenitentiam. Scholastici numeraverunt tres partes poenitentiae, Contritionem, confessio-

## DE PEC. IN SPIRIT. SANCT.

missionem & satisfactionem. Quid de singulis partibus sentiendum sit ordine dicemus. Nos docendi causa partes duas poenitentiae facimus, Contritionem & fidem, si quis uolet addere tertiam quem tamen effectus est uidelicet, totam nouitatem uite ac morum, non repugno. Ideo autem placuit fidem inter partes ponere, ut haec ipsa partitione statim admoneat homines de fide quia cum de remissione peccatorum agitur, necesse est simul de fide dici. At scholastici doctores in hoc loco prorsus nullam faciunt fidei mentionem. Ideoq; non dissimulandois errores tradiderunt.

Dicamus igitur primum de contritione. Vocamus contritionem ueros terrores ac dolores conscientiae, quae sentit Deum irasci peccato & dolet se peccasse. De hac parte concionatur scriptura cum inquit. Agite poenitentiam, Item spiritus sanctus arguet mundum de peccato &c. Et 2. Corin. 7. Contristati estis ad poenitentiam, & Rom. I. Reuelatur ira Dei super omnem impietatem. Iobel. 2. Scindite corda uestra, & non vestimenta uestra. Et Esaias. Vbi habitabit Dominus? In spiritu contrito & humiliato, Item. Desinite peruerse agere. Psalmi pleni sunt exempla

LOCI COMMV. PHILI. MELANTH.

rum . Psal. 57. Quoniam iniquitates meæ super,  
gressæ sunt caput meū , sicut onus graue grauatae  
sunt super me . Item. Inicium sapientiæ timor do-  
mini. Et passim coniungit scriptura timorem & fi-  
dem . Bene placitum est domino super timentes  
eum , & erga eos qui confidunt in misericordia  
eius.

Hec & similia loca testantur necessari-  
am esse aliquam contritionem , & hæc quidem  
crescere debet ita, ut non solum externa delicta ,  
sed etiam interiorem immundiciem agnoscamus.  
Quare non est poenitentia in securis hypocritis ,  
qui nullo dolore afficiuntur , & sibi interim blan-  
diuntur quasi nihil habeat uicij , Et hanc securita-  
tem Christus sæpe severissime reprehendit, ut, nisi  
egeritis poenitentiam similiter omnes peribitis  
&c. fiant autem hi terrores ac dolores in nobis  
per uerbum Dei quod arguit peccata . Et argu-  
untur peccata per Euangelium ut Paulus dicit .  
Nunc reuelatur ira Dei &c. Et utitur Euangeli-  
um eandem ad rem ministerio legis, sicut Paulus  
inquit, per legem cognitio peccati . Hoc igitur  
initio fit in poenitentia , sed nisi accederet ad hos  
terrores fides , quæ rursus erigeret , & consola-  
retur

## DE PECCATO IN SPIRITVM SANCTVM.

retur animos, contritio id est, dolores isti fierent  
mors æterna. Ideo docendæ sunt conscientie non  
solum de contritione, sed etiam de fide.

Est igitur altera pars fides, quæ est non tan-  
tum historiæ uel legis noticia, sed fiducia qua cre-  
dit unusquisq; sibi remitti peccata propter Chri-  
stum gratis, hæc fides necessaria est ad conse-  
quendam remissionem peccatorum, ut testimonia  
ostendent, quæ paulo post colligemus. Hæc fides  
discrimen facit inter contritionem Petri & Iu-  
dei, Davidis & Saulis. Ideo non profuit contricio  
Iudei aut Saulis quia non addiderunt hanc fidem  
Ideo profuit contritio Petri aut Davidis, quia  
accedit fides, quæ apprehendebant promissam mi-  
sericordiam, & se consolabantur.

Hæc fides discrimen facit inter timorens  
seruilem & filialem, neq; enim opus est hic sub-  
tiliter disputare, de attritione, contritione, quan-  
do timor ex dilectione oriatur, quando sit metus  
poene. Nam hi affectus etiam in sanctis commix-  
tisunt, sed simplex & plana descriptio est. Ti-  
mor seruilis est metus sine fide. Timor filialis est  
metus ad quem accedit fides, quæ inter pauores  
erigit

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.  
erigit & consolatur animum.

Ex his liquet nos retinere ac maxime require  
re contritionē. Sed tamen taxare errores ac laby-  
rinthos perniciosos conscientijs quos de contritio-  
ne tradiderunt scholastici Falsum est enim quod  
affingunt de concritione, quod remissio peccatorū  
contingat propter dignitatem contritionis. Quid  
conscientiae adigerentur ad desperationem, si in  
ueris terroribus sentire deberent, sc̄ non habere  
remissionem peccatorum, nisi dolor satis dignus  
ac sufficiens esset.

Deinde reprehendendi sunt & illi laby-  
rinthi inextricabiles, quod dicunt contritionem me-  
reri remissionem peccatorum tunc cum sit ex di-  
lectione Dei, non cum sit metu pœnae & tamen  
falentur incertum esse quando fiat ex dilectione  
Dei. Ita relinquunt conscientias ambigentes, hi  
labyrinthi etiam apud ipsos inexplicabiles sunt.  
Nos igitur constituimus necessariam esse aliquam  
contritionem. Deinde addimus, hæc contritio non  
meretur remissionem peccatorum, hoc est remis-  
sio peccatorum non contingit propter dig-  
nitatem contritionis, sed fides accedere debet,  
que

## DE PECCATO IN SPIRITVM SANCTVM.

Quae statuit gratis remitti peccata propter Christum. Et quidem haec fides statuere debet in spe cie tibi remitti peccata. Non satis est in genere credere, quod Deus aliquibus ignoscat. Sic etiam diabolus credit, non enim ignorat in Ecclesia esse remissionem peccatorum. Sed singuli statuere debemus nobis ipsis ignosci. De hac fide speciali loquimur, qua sibi quisque applicat beneficium Christi.

### Testimonia.

**A**CTVVM 10. Huic omnes prophetæ testimoniū perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Haec est plana & clara sententia quod propter Christum detur remissio peccatorum, & quod hoc fide statuere debeamus de Christo.

Rom.5. Iustificati fide pacem habemus.  
Id est, pacatas & tranquillas conscientias &c.

Sed dicat aliquis. Scio fide opus esse, verum illud probandum est quod gratis remittantur

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

tur peccata. Hæc est epitasis certaminis etiam  
in conscientia. Nemo enim ignorat Deum misse-  
ricordem esse & remittere peccata, sed illud du-  
bitamus, an nobis remissurus sit cum simus indigni.  
Quare opus est in conspectu habere testimonia  
que confirmant nos ut sciamus hæc duo uidelicet  
promissionem uniuersalem esse, deinde & gratui-  
tam. Roma. 3. Iustificati gratis ipsius gratia per  
redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem pro-  
posuit Deus propiciatorem per fidem. Hic locus  
clare addit particulam exclusuam gratis, que  
non excludit bona opera, sed causam remissionis  
peccatorum transfert à nostra dignitate in Chri-  
stum, ut sit certa promissio. Quare statuendum  
est remissionem peccatorum non propter dignita-  
tē nostræ contritionis uel nostrorum operū conti-  
gere sed tantum fiducia beneficij Christi. Ephc. 3.  
Gratia saluati estis, Dei donum est, non ex uobis.  
Roma. 5. Cum esset impossibile legi, misit Deus  
filium suum &c. Id est, Cum nunquam legi sa-  
tisfaciamus, Lex semper accusat nos, non igitur  
possimus opponere iræ ac iudicio Dei nostram  
dignitatem sed tantum debemus opponere inedia-  
torem Christum iuxta illud. Roma. 5. Per hunc  
habemus accessum ad patrem &c. Ideo &  
Ro. 4

## TESTIMONIA.

Roma. 4. sic argumentatur Paulus. Ideo ex fide  
gratis, ut sit firma promissio. Si enim penderet re-  
conciliatio ex dignitate contritionis nostre aut  
operum nostrorum, cum nunquam legi satisfa-  
mus fieret incerta aut irrita promissio reconcilia-  
tionis.

Huc iam pertinent multæ sententiae psal-  
morum & prophetarum. Psalm. 31. Dixi confite-  
bor aduersum me iniustiam meam Domino, &  
tu remittis impietatem peccati mei. Psal. 142.  
Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.  
Haec & similes sententiae docent nos non posse op-  
ponere nostram dignitatem iudicio Dei, sed nobis  
opus esse gratuita misericordia.

Constat igitur in remissione peccatorum  
fide opus esse, & fidem debere nisi non dignitate  
nostra, sed tantum beneficio christi, atq; hac fide  
liberantur corda à terroribus peccati & ab ini-  
feris, & in ea consolatione donamur & uinifica-  
musr spiritu sancto. Ideo inquit Paulus Aculeus  
mortis peccatum est, potentia peccati Lex. Sed  
gratia Deo qui dat nobis uictori am per dominum  
nostrum Iesum Christum.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Hactenus dixi de contritione & fide  
qua consequimur remissionem peccatorum . Et  
has posui partes pœnitentiae docendi cauſa eo li-  
bentiuz, ut hac quasi epitome indicarem duas pra-  
cipuas uniuersæ scripture partes, que alias argu-  
it peccata , alias promittit consolationem . ex c.  
Cum autem hoc modo reconciliati sumus , poſtea  
debet ſequi iuſticia bonæ conſientie , ut Ioan. in-  
quit , Facite fructus dignos pœnitentie . Et Pau-  
lus . Debitores sumus non carni &c. Et tamen  
quia non ſatisfacimus legi , conſientia interim te-  
neat ſemper hoc beneficium quod perſona fit iu-  
ſta, id est , accepta fide propter Christum , &  
quod ſequentia opera placeant & ſint iuſticia ,  
quia perſona eſt reconciliata . Hæc ſupra copioſi-  
us trahata ſunt . Ideo propero ad reliquas par-  
tes quas hic recenſent , ad confeſſionem & ſatis-  
factionem .

De Confeſſione .

CONFESSIONE uſitata & ſatisfacio ſunt  
Corte ab Ecclesiastico ritu publicæ pœniten-  
tie . Olim enim rei criminum publicorum excom-  
municabantur , nec recipiebantur niſi primum  
confeſſio .

## DE CONFESSIONE.

confessi, hoc est, nisi prius testarentur apud pastores se emendaturos esse mores, & peterent absolutionem &c. & addebatur satisfactio, hoc est, publica quedam castigatio, uel exempli causa, ut alij admoniti cauerent ne laberentur, uel ut ex ploraretur ipsorum animus qui redibant ad ecclesiam, an serio resipiscerent. Ab his ritibus ex usitata confessio orta est, & reliquum est nunc satisfactionis nomen.

Dicamus autem prius de confessione. Non est necessaria nec iure diuino mandata enuntiatio peccatorum. Nullum enim extat hac de re mandatum in scripturis. Præterea talis enuntiatio impossibilis est, iuxta illud. Delicta quis intelligit, Idem testantur & prudentiores canonistæ, hanc enumerationem non esse iuris diuini. Postremo greca ecclesia iam olim aboleuit hunc morem propter stupratam à diacono mulierculam, ut recitat historia tripartita, non potuissest autem hic mos aboleri si esset iuris diuini. Cum autem constet quanta carnificina conscientiarum fuerit illa acerba exactio enumerationis, prodest moneri pias mentes, ut sciant canonem illum qui præcipit,

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH  
cipit de enumeratione tantum traditionem hu-  
manam esse.

Caeterum prodest retinere in ecclesiis  
confessionem. Primum propter absolutionem, de  
qua postea dicimus. Deinde etiam propter disci-  
plinam. Quia per eam occasionem indocti audiiri  
& commodius institui de tota doctrina possunt.  
Et indecorum est prorsus in exploratos accedere  
ad communionem, sed tamen scire oportet con-  
scientias non esse onerandas enumeratione de-  
lictorum. possunt enim etiam sine hac & abso-  
lutiouem & consilia petere.

Sed si quis obijciet. Index non absolutus  
nisi prius cognoscatur. Hic fit absolutio. Ergo ne-  
cessum est etiam fieri cognitionem atq; enumeratio-  
nem criminum.

Ad hoc ita respondendum est, Duplex  
est potestas pastorum. Altera vocatur ministeri-  
um, quo impertinent nobis Euangelium & sacra-  
menta, & annunciant remissionem peccatorum  
publice & priuatim, haec potestas non est mana-  
datum cognoscendi nec est iudicium, sed tantum  
mandatum

## DE CONFESSiONE.

mandatum impertien i beneficij atq; absolutionis,  
itaq; pertinet etiam ad occulta peccata , et que  
nos ipsi non meminimus . Quare hæc administra  
tio non requirit cognitionem, non est enim iudi-  
cium.

Altera potestas uocatur Iurisdictio, quæ  
est iudicium quoddam externum ecclesiæ , quod  
tantum ad manifesta crimina pertinet , excom-  
municat et absoluit . Hic non potest ferri senten-  
cia, nisi facta cognitione . Nemo enim excommu-  
nicandus est coram ecclesia, nisi crimen notum  
sit , nemo etiam absoluendus est nisi re cognita,  
hoc est, nisi constet eum mores mutasse in melius,  
et hoc non est iudicium conscientiae sed externo-  
rum morum .

Estq; hoc discrimin ministerij et iuris-  
dictionis externe, diligenter obseruandum. Nam  
ministerium Euangeli ad conscientiam pertinet .  
Quod autem Euangeliū publice et priuatim  
omnibus applicari posse, testatur hæc ipsa sen-  
tencia . Quorum remiseritis peccata remitten-  
tur eis . Item . Quoties peccabit in me frater et  
remittam ei . Loquitur enim de remissione quam

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Deus approbat. Quare priuata absolutio mag-  
nam consolationem affert. Applicat enim Euau-  
geliū, & testatur ad nos pertinere beneficium  
Euangelij. Quidam uociferantur homines non  
posse remittere peccata. Id uerum est, nisi ita  
quatenus uice Dei annunciant uerbum. Est autem  
Euangelium mandatum remittendi peccata,  
cum publice tum priuatim. Nam & in sacra-  
mentis homines remittunt peccata tanquam ministri  
nec aliud est, Ego baptizo te, quam, remitto tibi  
peccatum. Sunt enim & sacramenta applicatio-  
nes Euangelij, quæ testantur, beneficium Euange-  
lij ad nos pertinere, debet enim fides credere non  
solum in genere, quod aliquibus contingat remi-  
ssio. Sed unusquisq; credere debet sibi ipsi contin-  
gere remissionem &c. Sicut Christus inquit, si  
des tua te saluam fecit. Et Paulus. Iustificati sia-  
de pacem habemus &c.

Reliqua argumenta de confessione fa-  
cile dijudicari possunt. Illud obseruandum est, no-  
men confessionis aliquoties repeti in scripturis,  
ibi plerunq; confessio peccatorum significat pro-  
prie agnitionem peccatorum, hoc est, ingentes do-  
lores, in quibus coram Deo peccatum ex animo  
agnoscimus

## DE CONFESSIONE.

Agnoſcimus & quærimus miſericordiam, ut, Quo  
mam iniqutatem meam ego cognosco, & pecca-  
tum meum contra me eſt ſemper. Et Psal. 37. Non  
eſt ſanitas in carne mea à facie iſe tuæ. Non eſt  
Pax oſib[us] meis à facie peccatorum meorum. Et  
deinde Quoniam iniqutatem meam annunclabo.  
Hec confeſſio quæ in talibus locis deſcribitur pro  
prieſtate illa ipſa contritio de qua ſupra dictum eſt.  
Significat enim cordis confeſſionem, hoc eſt do-  
lores, qui exiſtunt cum uero agnoſcimus pecca-  
tum. Docent autem hi loci in hac confeſſione ſeu  
contritione ueros dolores eſſe. Quare non eſt  
poenitentia in his qui ſunt ut Paulus uocat  
~~τεθλγκος Τε~~, nec dolore ullo aut metu ire Dei  
afficiuntur, ſed ſecuri indulgentiis cupiditati-  
bus, ſicut bruta animalia nata ad mactationem,  
ſic enim deſcribit Petrus homines impicſecu-  
tos.

## De ſatisfactione.

OLIM in eccl[esi]a famosi non recipiebantur  
ſine quadam publica caſtigatione quam  
uocabant ſatisfactionem, hoc more iam olim an-  
tiquato, tamen manet uocabulum, & uerigium  
q. iiiij quoddam

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

quoddam ueteris moris , quod peperit multas di-  
sputationes . Vetera illa spectacula publicæ poen-  
tentiaæ fuerunt quædam externa & politica disci-  
plina ecclesie , humana autoritate instituta , quaæ  
non pertinuit ad conscientiam seu ad remissionem  
peccatorum coram Deo , sed homines iudicati ut  
in alijs multis accidit ex re politica fecerunt  
spiritualem , & finxerunt satisfactiones necessa-  
rias esse ad remissionem peccatorum coram Deo .  
De hac tota re quid sentiendum sit breuiter dice-  
mus . Nam & prodest in hac materia erroris  
qui pericula conscientiis affert refellere , &  
quædam hic de discrimine remissionis culpe &  
poenæ dicenda sunt , quæ utile est in ecclesia ex-  
tare .

Primum igitur sciendum est , non fieri hic  
mentionem ciuilium satisfactionum , ut cum dici  
mus satisfaciendum esse his quorum res occupa-  
tas tenemus . Hæc sunt opera non indebita , sed ne-  
cessaria & ad contritionem pertinent iuxta illud .  
Desinite male facere . Nam satisfactiones hoc lo-  
co definiunt opera non debita quibus redimenda  
sunt poenæ purgatoriij , aut certæ aliae temporales  
poenæ . Sic enim dicunt scholastici . Dcum cum sit  
misericors

## DE SATISFACTIONE.

Misericors remittere culpam, sed cum sit etiam iustus & uindex mutare poenam aeternam in temporalem purgatorij. Deinde addunt partem illarum poenarum remitti potestate clauium, partem redimendam esse satisfactionibus. Hæc est summa commenti. Recte autem fatentur non remitti culpam propter satisfactiones. Postea autem de compensatione aeternæ poenæ hallucinantur. Error est enim sentire quod aeternæ poenæ remittantur propter nostram compensationem, & multo absurdius est, quod fingunt propter opera non debita remitti.

Nos igitur remissionem culpe & mortis aeternæ coniungimus, & docemus utrumq; esse beneficium Christi gratuitum. Fide liberamur gratis propter Christum à culpa & ira Dei seu morte aeterna, iuxta has sententias. Aculeus mortis peccatum est &c. Deo autem gratia per quem habemus uictoriam. Item O mors ero mors tua. Item Rom. 6. Donum Dei uita aeterna est per Iesum Christum &c. Et in ipsa remissione cum fide erigimur, liberamur à morte aeterna iuxta illud, Iustificati fide pacem habemus. Quare Christum contumelia afficit, si quis remissio-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

nem mortis æternæ transfert in nostram compen  
sationem.

Secundo Quanquam non diuelli debent  
remissio culpe & mortis æternæ, tamen discerni  
debent remissio culpe, & remissio temporalium  
pœnarum. Sustinent enim sancti communes &  
ruminas humani generis. Præterea Deus punit  
certa peccata peculiaribus pœnis. Sicut David  
plicet eratur propter adulterium. Ac profecto  
plus quam ferreum pectus habet quisquis non ex-  
pauescit, si cogitet quam horribiliter puniuerit  
Deus peccatum illud Davidis. Mota sedicio est,  
interfecta multa millia ciuium, postea regnum  
Israel à Regno Iuda auulsum. Hec mutatio reg-  
ni peperit perpetuam dissipationem illius populi,  
dissipationem religionis, bella, Tot peccatorum  
causa fuit unus ille Davidis lapsus. Item popu-  
lus Israel maximis cladibus punitus est propter  
idolatriam. Nec dubium est & nunc plecti mun-  
dum propter idolatriam, libidines, helluaciones,  
& alia uicia. Et quidem de sanctis Dei ait Pe-  
trus, iudicium à domo Dei incipit. Discerni igia-  
tur debent pœnae temporales à culpa, & discen-  
dunt

## DE SATISFACTIONE.

Qum quid de his pœnis sentiendum sit & quomodo  
mitigentur.

Primum igitur hoc sciendum est ,has  
pœnas quia diuinitus infliguntur prorsus nihil per  
tinere ad potestatem clavium ,has pœnas neq; re  
mitiunt neq; imponunt claves.

Secundo . Non semper afflictiones san  
ctorum pœnæ iudicandæ sunt , ut Iohannis , Pais  
li & similiū supplicia non fuerint pœnæ pro  
certis delictis . Et Deus ipse excusat Job & testa  
tur eum non propter præterita delicta affligi . Dea  
inde ut sint aliquando pœnæ , tamen opus est nos  
habere consolationem , et uidere alium finē crucis  
& afflictionum . Si enim tantum pœnæ essent iu  
dicandæ , tantum ira Dei proponeretur conscienc  
tias . Euangelium igitur alium finem proponit ,  
docet crucem esse exercitium , quo aboleatur pec  
atum in nobis & crescat nouitas spiritus ut Pais  
lus inquit . Exterior noster homo corrumpitur ,  
ut interior renouetur de die in diem .

Tertio · Et tamen discendum est nostra  
Poenitentia mitigari has pœnas . Hic prodest dis  
cernere

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

cernere remissionem culpæ à remissione poenæ in  
bac uita. Publicæ et priuatae calamitates militi-  
gantur tota poenitentia nostra iuxta illud. Si nos  
iudicaremus ipsis, non iudicaremur à domino. Item  
conuertimini ad me et ego conuertar ad uos. Est  
enim sentencia. Si egeritis poenitentiam benefi-  
ciam uobis ingentia præmia reddam. Huc perti-  
nent et illa preconia. Eleemosyne liberant à  
peccatis, uidelicet, quod ad remissionem poenæ  
attinet, hoc est, merentur mitigationem calamita-  
tum in hac uita.

Ac prodest in Ecclesia docere utrumque  
quod poenæ et propositæ sint pro delictis, et mi-  
tigentur nostra poenitentia, loquimur enim de to-  
ta poenitentia, non de illis ridiculis satisfactionis-  
bus, quas fingunt ualere etiam cum sunt in  
peccato mortali, quod quam sit absurdum, facile  
potest iudicari. Non enim placent Deo cultus  
impiorum, iuxta illud. Deus non uolens impie-  
tatem tu es.

Quarto Satisfactiones scholasticæ ob-  
scuran legem et Euangeliū, et amplificant  
dignitatem traditionum humanarum, fingunt  
enī

## DE SATISFACTIONE.

enim in satisfactionibus aliquid amplius lege fieri,  
et somniant reliquis operibus legem impletam  
esse ,necesse est autem in ecclesia extare hanc  
doctrinam quod procul absint etiam sancti à per-  
fectione legis . Deinde Euangelium obscurant.  
Quia fingunt mortem eternam nostra compen-  
satione aboleri . Item indocti facile transferunt  
in satisfactiones etiam remissionem culpæ . Tertio  
implificant traditiones humanas , fatentur enim  
satisfactiones esse opera , non debita , hoc est  
traditiones humanas certorum dierum ieiunia  
certorum ciborum abstinentiam , certarum  
precum lectiones &c . Hæc si sunt sa-  
tisfactiones magna erit dignitas traditionum &  
uitæ monastice . At in ecclesia necesse est exta-  
re hanc doctrinam Christi , frustra colunt me  
mandatis hominum . Necesse est cauere ne laudia  
bus traditionum obruantur uere bona opera.

Ex his omnibus satis liquet non esse one-  
randas conscientias satisfactionibus illis usitatis .  
Primum enim claves habent mandatum remitten-  
di peccata , et docent de gratuita remissione pec-  
catorum , non habent mandatum imponendi pœ-  
nam . Secundo falsum est mortem eternam abo-  
liri nostra compensatione . Tertio opinio de sa-  
tisfactionibus

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

tisfactionibus legem & Euangelium obscurat, &  
falso amplificat traditiones humanas. Et tamen  
sentiendum est tota nostra pœnitentia ac debitibus  
operibus mitigari pœnas temporales. Ergo au-  
gendum est studium bene operandi etiam hac ad-  
hortatione. Quia calamitates mitigate nostra  
pœnitentia.

Si quis querat, An non est postulanda  
diligentia cohærendi carnem, & ieiunia & alia  
exercicia? Respondeo, hæc exercicia maxime  
& requirenda & præstanta sunt, idq; hoc fine  
non ut sint precia pro præteritis delictis, sed ut  
carnem cohærent, ut in posterum minus peccet,  
atq; hæc diligentia cohærendi carnem, est opus  
debitum & mandatum à Deo non opus indebitū.  
Qui nimium indulgent carni, qui non habent me-  
diocria exercicia temperantiae, continentiae &  
orationis, prorsus peccant. Quia Christus inquit  
Attendite ne corda uestra grauentur crapula  
Item, hoc genus dæmoniorum non ejicitur nisi ie-  
junio & oratione. Et Paulus mortificate mem-  
bra uestra &c. Item castigo corpus meum & in-  
scrutitatem redigo. Item. Sedit populus manduca-  
re & bibere & surrexit ad ludendum. Quomo-  
do

## DE SATISFACTIONE.

Non autem se quilibet exercere debeat relinquitur  
cuiusq; conscientiae. Non enim potest similis for-  
ma præscribi omnibus aut quocumq; tempore,  
nec sunt laquei conscientijs inquietiendi. Præte-  
rea hæc exercicia debent esse perpetua, non tan-  
tum certi alicuius temporis, ideoq; de eis præcia-  
bit ecclesia perpetuo in concessionibus.

Fieri ex hoc potest, ut aliquis plus faciat  
opera non debita, hoc est, ut largiatur ubi sine  
conscientiae offensione poterat non largiri, sicut  
Paulus gratis prædicabat Euangelium, cum ei li-  
ceret poscere uictum. Hæc sunt egregia opera  
libertatis spiritus, et sunt magna merita, nec prohi-  
beo quo minus uocentur opera super erogationis,  
interim tamen intelligit Paulus se adhuc alioqui  
procul abesse à perfectione legis, quia hærent in  
carne ignoratio, concupiscentia, quæ retardans  
timorem & fidem.

Citant de satisfactionibus hoc dictum Pau-  
li. Si nos iudicaremus ipsi, non iudicaremur à Do-  
mino, idq; sic interpretantur. Si nos puniremus  
ipsi non puniremur à Domino, inde ratiocinantur  
nostris poenis tolli poenas quas Deus minatur.

Ad

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Ad hoc respondeo. Paulum non posse intelligi de illis satisfactionibus indebitis, Sed neesse est eum accipi de tota pœnitentia. Et iudicare significat uere et ex animo damnare peccatum, hoc sit in contritione et tota pœnitentia. porro dictum est supra mitigari aut tolli penas temporales tota pœnitentia et debitibus operibus, Idq; prodest docere, sicut et Esaias docet cap. 58. Vbi et uituperat traditiones et requirit debita opera. Ecce ad lites et contentiones ieunatis et c. Nonne hoc ieunium magis elegit frange esurienti panem et c. tunc eris uelut horus irriguus. Ad eundem modum concionantur paſſim prophetæ. Micheæ. 5. Nunquid placari potest Deus millibus arietum et c. Indicabo tibi quid sit bonum et quid requirat Deus, facere iusticiam et diligere misericordiam, et in timore ambulare coram Deo tuo.

Sed obijciunt, peccata merentur penas, nullum igitur remittitur peccatum, nisi aliquæ pœnæ soluantur. Ergo cum per pœnitentiam remittuntur peccata, habet ipsa pœnitentiationem pœnæ et compensationis, ideoq; cumus landa est multis pœnis et c. Hoc nouo fuso pingunt

## DE SATISFACTIONE.

Pingunt iam nonnulli satisfactionem , sed utraq;  
consequentia neganda est . Non est enim uerum,  
nulla peccata sine pœnis remitti . Imò saepe pro =  
mittit Deus remissionem etiam temporalium pœ =  
narum , his qui agunt poenitentiam , & est notum  
exemplum Ninius . Præterea poenitentia conse =  
quitur remissionem pœnarum , non tanquam com =  
pensatio , sed propter promissionem diuinam . Con =  
uertimini ad me & ego conuertar ad uos . Sed  
hæc sophistica nolo copiosius persequi , tantum ad  
monere studiosum uolui , propterca quod hac noua  
cauillatione quidam defendunt satisfactionem .  
Habet enim hypocrisis multiplex artificium . Illud  
magis pium est ac simplicius , non arroganter  
sentire de nostra poenitentia , nec tribuere pœni =  
tentiae rationem preclj seu compensationis pro su  
perioribus delictis . Est enim noua & debita obe =  
dientia , & satis est , cauissam remissionis seu mi =  
tigationis pœnarum conferre in misericordiam  
& promissionem Dei .

Allegant & exempla . David post re =  
missionem culpæ plectitur exilio & bello ciuili .  
Adam post remissionem culpæ subicitur morti  
corporali & cæteris ærumnis huius uitæ , de his

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

exemplis supra dictum est , sep̄e diuinitus infligi  
pœnas, sed hæ nihil ad claves pertinent, nec sequi  
tur ex his exemplis, pœnas illas tolli per ceremo-  
nias satisfactionum, sed ut dictum est , mitigantur  
tota pœnitentia , Et supra admonui non semper  
esse pœnas certorum delictorum eas afflictiones  
quas sancti sustinent .

Quod autem ueteres scriptores ecclſia-  
ſtici & concilia mentionem faciunt satisfactio-  
num, loquuntur de ritu ac ſpectaculo ſui tempo-  
ris , nec ſentiebant homines eo ritu me-  
reri remiſſionem culpe aut pœnarum , purgato-  
rij aut aliarum , ſed ſciebant politicum morum  
ecclſiae eſſe, iuſtitutum humana auctoritate ex-  
empli cauſſa ad cæteros dehortandos a flagicijs ,  
aut ad explorandos eos qui ad ecclſiam redibant  
an ex animo refuſiſſent . Et Ambroſius diſerte  
inquit , ſatis eſſe ſi in uita ſemel hæc publica pœ-  
nitentia fiat , quibus uerbis ſignificat, non requiri  
illæ ſatisfactiones ad remiſſionem peccatorum ,  
alioqui toties iuſſiſſet repeti , quoties opus eſt pœ-  
nitentia.

Et ex illo ueteri more ortæ ſunt indul-  
gentie.

## DE SATISFACTIONE.

gentiæ, quas sic vocant, quæ nihil aliud sunt ac fuerunt, nisi illarum publicarum pœnarum donationes. Postea homines indocti aut etiam improbi uendiderunt indulgentias ingentibus promissis, quasi essent quædam certiores & liberaliores remissiones magnorum delictorum & pœnarum, & affinxerunt se in indulgentiis impertire aliis superflua merita sanctorum. Ita multa erat absurdia in illis imposturis, quæ facile iudicari possunt à piis & mediocriter eruditis. Cum enim indulgentiæ tantum sint relaxationes ueterum canonum, una cum illis canonibus antiquatæ sunt & ipsæ indulgentiæ. Erant autem illi canones ac mores humanæ traditiones, & nihil ad remissionem culpæ aut pœnarum coram Deo pertinebant. Quare multo minus indulgentiæ illæ pertinent ad remissionem culpæ aut pœnarum, nec opus est illos canones restituere, cum tantum fuerint humanæ traditiones.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

De potestate ecclesiastica seu  
de clavis.

**C**LAVES significant domesticam aliquam administrationem. Cumq; Euangelium sit quasi oeconomica quedam administratio, nec coheret ut corporali, sed tantum uerbis, nomine clavium utimur in significanda ecclesiastica administratione. Idem igitur significant potestas ecclesiastica et claves. Est autem uetus partitio ad modum commoda que partitur ecclesiastica potestatem, in potestatem ordinis et iurisdictionis. Potestas ordinis est, quam alioqui uocant ministrium Euangeli, hoc est mandatum docendi Euangelium et annuncandi remissionem peccatorum et impertiendi sacramenta singulis aut pluribus. Iurisdictio uero est potestas excommunicandi obnoxios publicis criminibus, et rursus absoluendi eos si conuersi petant absolutionem. Itaq; hec propriæ complectitur potestas ecclesiastica iuxta Euangelium, mandatum docendi Euangelium, et annuncandi remissionem peccatorum, et impertiendi sacramenta singulis aut pluribus.

Dicinde

## DE POTES. ECCLE.

Deinde iurisdictionem quam diximus sine ui corporali.

Nec uero est potestas tyrannica, hoc est sine certo mandato, sine certa lege, nec licet eis comminisci nouam doctrinam, sed habent certam doctrinam à Christo traditam, quam debent pure proponere. Ita dat mandatum Christus Matth. ultimo. Docentes eos seruare omnia quæ cunq; mandaui uobis. Et Paulus. Si angelus de cœlo aliud docuerit quam nos docuimus, anathema sit. Hæc satis grauis comminatio est, quæ ue lat condere nouos articulos fidei extra scripturam, et nouam doctrinam dissentientem ab Euangelio quod extat in sacris literis, prohibet et ecclesiae audire doctrinam ab illo Euangelio dissentientem.

Deinde et iurisdic̄io non habet potesta temui corporali cohercendi, sed tantum uerbis cohercet, hoc est, excommunicat sicut Christus dicit Matth. 18. Sit tibi uel ut ethnicus, non iubet Apostolos ut gladio cohercant. Et Ioan. 20. dicitur. Sicut misit me pater et ego mitto uos C. Dicit autem alio loco, Regnum meum non

LOCI COMMV. PHILI. MELANTH.

¶ Et de hoc mundo . Et Paulus . 2. Corin . 1. Non do-  
minamur fidei uestræ , sed adiutores sumus gaudij  
uestri .

Ex his liquet , potestatem ecclesiasticam  
discernendam esse à politica potestate seu regno  
mundano . Potestas ciuilis in mundo fert leges de  
defensione corporum , de distinctione dominiorum  
de contractibus , de criminibus & cohercet ui-  
corporali , E contra potestas ecclesiastica imper-  
tit res æternas & spirituales , hoc est doctri-  
nam cœlestem , & cohercet uerbis . Quare non  
improbat neq; abolet potestatem ciuilem , Imò  
eam approbat , & sanctorum corpora ei subiicit .  
Et tamen discrimin scire oportet , ne ecclesiastica  
potestas invadat in officia potestatis politicæ seu  
regni mundani .

Quod Christus in paßione spinis coro-  
natur , & producitur deridendus in regia purpu-  
ra , significatum est fore , ut spredo uero regno spi-  
rituali , hoc est oppresso Euangelio , constituantur  
aliud mundanum regnum prætextu potestatis ec-  
clesiasticæ , sicut quidem indocti scripscrunt Ro-  
ma num pontificem iure diuino esse dominum reg-  
norum

## DE POTES. ECCLE.

norum mundi. Et anabaptistæ & similes qui ut  
& armis conantur propagare doctrinam suam,  
transformant potestatem ecclesiasticam in mundanam,  
& Christum spinis coronant, & in purpura  
traducunt, & contumelia afficiunt. Prudenter  
igitur potestates discernendæ sunt, ne obscuretur  
regnum Christi. Nam hæc falsa persuasio postea  
multos errores parit, obscuratur enim doctrina  
de fide & spirituali iusticia & cruce, cum ex-  
istimant homines, christianam iusticiam tantum  
externam illam & politicam conuersationem esse  
& hi qui docere debebant & sustinere crucem,  
rapiunt imperia contra uoluntatem Dei, hi erro-  
res & hæc scandala cauenda sunt.

Sunt & alij errores. Vuiclef contendit  
ministris ecclesiarum non licere proprium & di-  
uicias tenere. hic non discernit officia seu po-  
tates, sed discernit opes. Nos docemus officia  
discernenda esse, interim tamen licet cuilibet mi-  
nistro ecclesiastico uti politicis rebus, sicut cibo &  
potu, hoc est, licet ei tenere proprium, diuicias, do-  
nationes principum, habere administrationem  
in suis bonis, sicut licet pastori ecclesie simul esse  
Patrem familias, aut sicut Paulus simul fuit tex-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

tor & Apostolus . Illud tantum uidat minister , ut suum officium recte faciat , nec prætextu ecclesiastice potestatis usurpet officia mundani regni , non moueat seditiones , non sumat arma ad propagandam doctrinam , non eripiat alijs imperia quæ si id præcipiat Euangeliū , sicut faciebat Monasterius . & modo similis est furor anabaptistarum . Hæc breuiter uolui monere lectorem . Nam illa etiam Vuiclicuica supersticio perniciosa & scidiosa est , quæ adigit ministros ecclesiarum ad mendicitatem , & negat eis licere proprium tenere .

Hactenus dixi de proprio officio seu mandato potestatis ecclesiastice , nunc reliqua est questio , quæ debeatur ministris ecclesiarum obedientia . Item , an liceat episcopis condere traditiones .

Primum de obedientia respondeo . Sicut uerbo Dei ita ministris docentibus uerbum Dei quod ad ministerium attinet debetur obedientia sicut præcipit scripture . Qui uos audit me audit . Item , Quicquid dixerint facite . Item . Obcomite prepositis uestris . Nam haec sententia loquitur

## DE POTEST. ECCLE.

tur de ministerio, et requirunt obedientiam debitam ipsi Euangelio, non constituant autem regnum doctorib. extra Euangeliū. Debetur eis etiā obediētia in Iurisdictione, quam habent iuxta Euangeliū, uidelicet in cognitione eriminum, in audiendis testibus, in legitima excommunicatione &c. Sed de ceremonijs quid sentiendum sit, postea dicam. Habent enim autoritatem ordinandi ceremonias hoc fine, ut ordine gerantur res in publico ecclesiæ cœtu. Sicut Paulus ordinat, ut mulieres tegant capita, et ecclesia initio diem dominicum, et alios quosdam dies festos constituit, ut certa essent docendi tempora. Sed haec ordinaciones non debent supersticiose intelligi, non enim sunt iusticie seu cultus necessarij ad iusticiam, sed sunt re ipsa res & dīlaφogai, que extra scandali casum omitti possunt sine peccato, itaq; his traditionibus debetur obedientia, quod ad casum scandali attinet, extra casum scandali conscientie sunt liberæ, nec habent episcopi ius magis onerandi conscientias suis traditionibus, sicut infra dicemus.

De uocatione seu ordinatione quedam addenda sunt. Paulus præcipit Tito, ut in us  
t v cinis

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

cinis locis constitutat presbyteros . Extat igitur testimonium scripturæ, quod pastores sint ordinati à vicinis pastoribus , hoc est, præfecti alijs ecclesijs . Sed Ecclesia mandatum habet , ne admittat impios doctores , sed querat bonos , iuxta illud . Cauete à pseudoprophetis . Ideo ad electionem ministrorum accessit ueteri more autoritas Ecclesie , hoc est eorum quibus Ecclesia eum rem commisisset . Historiæ et decreta testantur hunc fuisse morem . Populus eligebat , postea accessit autoritas uicissi episcopi , qui approbavat electum . Verba sunt hæc in decreto Nicene synodi , quod extat in tripartita historia li . 8 . pagina 325 . Καὶ ὁ λαός ἀρριπτός , συνεψήσαντος ἀντίτιμον τοῖς καὶ τοῖς φραγμοῖς τοῦ καθολικοῦ βλεξανδραء̄ επισκόπου .

Apud Cyprianum fit crebra mentio huius mortis , ut epistola 3. ad Cornelium , Quando Episcopus in locum defuncti substituitur , quando populi uniuersi suffragio deligitur . Et Epistola 4 propter quod plebs obsequens præceptis dominicis et Deum metuens , a peccatore præposito separare se debet , nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere , quando ipsa maxime habet postulatum

## DE POTEST. ECCLE.

testatem uel eligendi dignos sacerdotes uel indig-  
nos recusandi . Et deinceps . Propter quod dili-  
genter de diuina traditione & apostolica obserua-  
tione seruandū est , et tenendū , quod apud nos quo  
per fere in omnibus prouincijs tenetur , ut ad or-  
dinationes uite celebrandas ad eam plebem cui  
præpositus ordinatur , episcopi eiusdem prouinciae  
proximi quiq; conueniant , & episcopus deliga-  
tur plebe præsente , que singulorum uitam ple-  
nissime nouit , quod et apud uos factum uidemus in  
Sabini collegæ nostri ordinatione , ut de uniuersæ  
fraternitatis suffragio , & de episcoporum , qui in  
præsentia conuenerant iudicio episcopatus ei de-  
ferretur , & manus ei imponeretur .

Et Augustinus testatur , episcopos in  
Africa à uicinis ordinatos esse , & Romanum  
ab Ostiensi . Et de populi suffragijs scribit in epis.  
110. Veni & quomodo uoluit dominus adiunxit  
nos pro sua misericordia , ut cum pace episcopum  
acciperent quem prior designauerat episcopus  
eorum , uoluntatem enim præcedentis episcopi  
sui libenter amplexi sunt . Minus tamen aliquid  
factum erat , unde non nulli contristabantur , quia  
frater Seuerus putauerat sufficere , ut successorem  
suum

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

suum apud clericos designaret , apud populum  
inde non locutus est . Erat inde aliquorum non-  
nulla tristitia . Quid plura , Deo placuit , tristitia  
fugata est , gaudium successit , ordinatus est cpi-  
scopus quem precedens episcopus designauit .  
Ego ne aliqui de me querantur , uoluntatem me-  
am quam credo Dei esse , in omnium uestrum no-  
ticiam profero , presbyterum Eradium mihi suc-  
cessorem uolo . A populo acclamatum est , fiat  
fiat . Hic clare testatur Augustinus suffragijs  
populi episcopos creatos esse . Idem exempla in  
historijs ostendunt , ut in uita Ambrosij legitur , po-  
pulum fuisse congregatum ad eligendum episco-  
pum , atq; ibi ab omnibus electum & expeditum  
esse Ambrosium . Et de Athanasio inquit . Gre-

gorius Nazianenus oūtw μεν οὐρ κοῦ διὰ ταῦ-  
τα , ψηφω τοῦ λαοῦ παντού , οὐ κατα τῷ  
μη ψήφῳ διαβλεπει τοῦ εργον νικάσαντα , τονιρόμ τρόπομ , οὐ δὲ φο-  
νικῶς Τε Κατανικώς , ἀλλὰ διποσολικῶς Τε  
κατανικώς , οὐδὲ διεδίνεται . Hec collegi non ut ordinaria pote-  
stas contemnatur , sed ut intelligamus ius  
ecclesie cum opus est . Nam hoc ius etiam scrip-  
tura tribuit Ecclesie , cum præcipit de uitandis  
impijs doctoribus , Cauete à pseudoprophetis . Item

## DE POTEST. ECCLE.

Item. Si quis aliud Euangelium Euangelijs auerit,  
sit anathema. Christus uult summum esse iudicia  
um ecclesiae, cum ait, dic ecclesiae.

Cum igitur habeat ecclesia mandatum reijsia  
endi impios doctores, habet etiam mandatum eli-  
gendi bonos doctores, quia claves pertinent ad Ec-  
clesiam, iuxta hunc ipsum locum. Dic Ecclesiae.  
Et ubi cunq; est Ecclesia ibi ius est administrandi  
Euangelii. Impossibile est enim Ecclesiam esse  
sine Euangelijs, item sine remissione peccatorum  
Ideo hoc ius proprium est Ecclesiae, iuxta illud.  
Vos estis regale sacerdotium, quæ uerba ad ue-  
ram Ecclesiam pertinent. Est autem sacerdotium  
ius administrandi Euangelii. Item Eph. 4. Ascen-  
dit dedit dona hominibus, & numerat inter dona  
propria Ecclesiae pastores & doctores, & addit  
dari tales ad ministerium, ad ædificationem corpo-  
ris Christi, ad instruendos sanctos.

Vbi igitur est uera Ecclesia, ibi necesse  
est ius esse eligendi ministros. Vera autem Ec-  
clesia est, quæ habet purum uerbum Dei iuxta  
illud. Oues meæ uocem meam audiunt. Hæc igé  
tur ius suum retinet etiamsi pios doctores, hi qui  
titulum

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

titulum habent ordinariæ potestatis nolint dare.  
Christus enim uetus Ecclesiam alligare ad certas  
personas & humanam auctoritatem, cum inquit,  
Cum dixerint, ecce hic est, ecce, illic, nolite cre-  
dere, & addit. Regnum Dei non uenit cum ob-  
seruatione. Item ubicumq; duo sunt in nomine  
meo congregati, ibi sum in medio eorum.

De Ecclesia.

**E**CCLESIA etiam in scripturis interdum in  
genere significat congregationem omnium  
qui profitentur Euangelium, & non sunt excom-  
municati, in qua promiscue boni & mali sunt, si-  
c ut scriptum est, Simile est regnum cœlorum sa-  
gene missæ in mare. Verum est enim malos non  
excommunicatos membra ecclesie esse secundum  
externam conuersationem, & signa exteriors.  
Sed Ecclesia proprie & principaliter significat  
congregationem iustorum qui uere credunt Chri-  
sto, & sanctificantur spiritu Christi, atq; hæc  
Ecclesia habet externas notas, purum uerbun  
Dei, & legitimum usum sacramentorum. Sic lo-  
quitur de ecclesia Paulus cum inquit Ephes. 5.  
Christus dilexit ecclesiam, & scipsum tradidit  
pro

## DE ECCLESIA.

Pro ea ,ut eam sanctificet ,mundans eam lauacrum  
aque per uerbum ,ut efficiat eam sibi gloriosam ,  
non habentem maculam neq; rugam &c. Hæc de-  
scriptio complectitur & interiorem proprietatem  
& externas notas, De interiore proprietate lo-  
quitur cum ait ,ut eam sanctificet ,& addit ex-  
ternas notas lauacrum & uerbum ,

Conuenit & articulus in symbolo huic  
ecclesiæ. Credo sanctam ecclesiam catholicam ,  
sanctorum communionem . Id est . Credo esse ue-  
ram aliquam ecclesiam ,quæ sit congregatio san-  
ctorum. Additur autem catholica ,ut sit aliqua  
nota ,significat enim consentientem de Euangelio  
quod per Apostolos traditum est . Et sic excludit  
hereses ,& falsas opiniones de ceremonijs ,ne pi-  
temus ecclesiam alligatam esse certis locis & cer-  
tis ceremonijs humanis ,sed uult nos sentire eccle-  
siam esse catholicam ,hoc est ,conuenire de do-  
ctrina Euangeliij etiamsi per totum orbem disper-  
sa dissimiles habet humanos ritus. Oportuit au-  
tem hunc articulum ponи in symbolo ,ne in tantis  
humanis uiciis existimaremus ecclesiam prorsus  
a Deo abiecitam esse . Ideo muniendi erant animi  
contra hoc scandalum ,ut sciamus semper esse  
ecclesiam

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

ecclesiam, & promissiones de remissione peccatorum & aliis beneficiis Christi semper maneret rata, iuxta illud. Ego uobiscum sum usq; ad summationem seculi. Atq; haec insignis consolatio est, scire, quod ecclesia sit catholica, hoc est, non alligata uni loco aut certis ceremoniis humanais sed spiritu coniungamus nos cum ecclesia orbis terrarum, ubi cunq; sunt sancti.

Sed huic ecclesiae id est sanctis sunt ad mixti in mundo multi hypocritae & mali. Et interdum impii tenent regnum externum in ecclesia, & bonos persequuntur. Ideo de ecclesia existant dissimiles sententiae, & sepe in scripturis describuntur duo corpora, alterum uerae ecclesiae, alterum hypocriticæ quæ gerit bellum cum uera ecclesia, sicut iudei prophetas & postea Christum persequebantur. Itaq; sententiae dissimiles referantur ad dissimiles ecclesias. Paulus ait, Ecclesia est columna & sedes ueritatis. Et uulgo dicitur. Ecclesia non errat, hoc non potest intelligi de omnibus qui sunt in ecclesia. Quia extant contrariae sententiae, quæ affirmant horribiles errores in ecclesia exorituros esse, sicut Christus ait. Exurgent pseudochristi & pseudoprophetae

## DE ECCLESIA.

¶ dabunt signa magna, ita ut in errorem induantur si fieri possit electi . Hæc sane horribilis comminatio est . Et Paulus inquit , antichristum regnaturum esse in templo Dei , multi igitur admixti ecclesiæ errabunt .

Et oportet pios tenere hoc discriminem duorum corporum ecclesiæ, ne autoritate tituli ecclesiæ decipiatur. Nam corpus illud hypocriticæ ecclesiæ habet magnam & probabilem speciem, sœpe enim habet ordinariam potestatem , cuius magna debet esse autoritas, habet exempla patrum. Quare pios etiam certam notam habere oportet quæ sit uera ecclesia . Est autem nota certissima & præcipua pura doctrina Euangeliū, iuxta illud, Ques me & uocem meam audiunt. Hanc notam debemus opponere omnibus titulis illorum qui Euangeliū persequuntur & damnant , iuxta illud . Si quis aliud Euangeliū prædicauerit, anathema sit . Et de hac ecclesia , quæ habet purum Euangeliū loquitur sententia illa . Ecclesia est columna ueritatis . Huius autem ueræ ecclesiæ membra dispersa sunt pañim , & præterquam quod ingens multitudo impiorum admixta est, ut uera membra lateant, & uix confici possint, habent & hæc

LOCI COMMY. PHILIP. MELANTH.

uerā membra suā imbecillitatem, errores & pēcata. Ideo cūm orat uera Ecclesia, Dinitte nobis debita nostra. Sic depingit ueram ecclesiam Paulus. 1 Corin. 3. Fundamentum aliud nemo posst ponere &c. hoc est, ubi fundamentū, hoc est, uera noticia de Christo manet, tamen erūt discrimina docentī. Alius super id fundamentū, extruit aurum, argentū, id est, preciosam doctrinam, opera & cultus à Deo mandatos. Alius ligna scēnum, stipulas extruit, hoc est inutiles & perturbas opiniones & uilia opera, sicut in sanctis partibus leguntur interdum quædam incommode dicta de ceremoniis & aliis rebus. Ita latet ecclesia non solum regno & multitudine impiorum, sed etiam stultis aliquibus aut frivolis & iruibus persuasionibus piorum. Quid est enim homini tam proprium quam labi, decipi, & errare posse.

Talis ecclesia depingitur nobis in histo-  
riis populi Israel. Nam in eo populo erat uera Ecclesia, & tamen maxima erat admixta multitudine impiorum hominum & pseudoprophetarum. Et habebant pii quædam errata & uicioſos cul-  
tus. Verum alias illuſtrior & purior erat & ma-  
ior uera ecclesia, si quando prophetæ repurgauerant

## DE ECCLESIA.

Tant doctrinā. Significant et Christus, Paulus & Daniel futurū ut in ecclesia dominantur impii & seducant plurimos. Hinc facile iudicari potest, quomodo pugnantes sentenciae de ecclesia diuidendae sint. Illa quae dicit ecclesiam esse columnam ueritatis loquitur non de certi loci hominibus, aut humana aliqua politia, sed de spirituali coetu piorum, qui paſsim in mundo dispersi sunt. Alię sententie monent singula membra errare posse, & magnam esse multitudinem admixtam hereticiis que perniciosis erroribus contaminata est. Hac recitaui non contentionis studio, sed ut ipsi nostros animos muniamus cū recte sentientibus impii opponunt ecclesie titulum atq; autoritatem.

Nam ut non temere dissentire debemus ab ordinaria potestate, que possidet ecclesiae titulum, ita sciendum est uerbum Dei manifestum antea serendum esse titulo ecclesie & uniuersae humanae autoritati iuxta illud. Si quis aliud Euangelium prædicauerit anathema sit. Honestissima vox est Augustini ad Ianuarium. Ecclesia Dei inter multam paleam multaq; gizania constituta, multa tolerat, & tamen que sunt contra fidem

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

uel bonam uitam non approbat, nec tacet nec fit.  
Hæc satis sit monuisse de hac quæstione, An ecclesia posse errare. Ac profecto mirum est tam horrendis uaticiniis Christi nihil affici neq; pontifices neq; doctores, qui securi somniant nihil in ecclesia uicium esse.

Nunc reliqui sunt duo loci, quod administratio Sacramentorum non sit irrita etiam si mores ministrorum sint uiciosi. Hæc disputatio aliquoties in ecclesia magnos tumultus & dissensus excitauit. Nam & recens Vuiclef & olim Donatistæ detraherunt sacramentis autoritatem propter malos mores ministrorum. Et hoc tempore Donatistarum similes anabaptistæ, ecclesiam talem constituere conantur, in qua nulli sint uiciosi. Quare admonendi sunt pii, ut sciant usum Sacramentorum ualere propter mandatum & ordinationem diuinam, etiam si mores ministrorum malii sint. Loquimur autem de malis in ecclesia, non de aperte blasphemis, ut Iudeis auctoribus Turcis, quibus ecclesia nullum ministerium mandauit. Si enim ex dignitate ministrorum, Euangelii aut Sacramentorum uis penderet, semper essent incerte conscientie de baptismo, de absolutione

## DE ECCLESIA.

tione &c Porro uerbum et sacramenta requiriunt fidem. Ergo non possunt ex dignitate ministeriorum pendere. Hoc argumentum satis plausum et firmum est, ac feret idem uerbis in dicto Constantini contra Donatistas positum est, ut Augustinus narrat epistola. 165.

Docet idem sententia Christi. Sedent in Cathedra Moysi scribere et pharisei &c. quicquid dixerint facite &c. Hec sententia non damnat ministerium malorum, sed confirmat. Item Christus dicit in hac uita ecclesia similem esse sagene misse in mare, qua' promiscue boni et mali pisces capiuntur. Vbi autem ecclesia est ibi et administratio est. Ergo cum mali sint in Ecclesia, habebunt etiam administrationem &c. Et quidem Christus praedit in ecclesia malos futuros esse usq; ad consumationem mundi. Ergo humano iudicio non possunt mali prorsus separari &c. Iohannes discernit suum officium ab effectu sacramentorum. Ego baptizo aqua. Ipse autem baptisabit uos spiritu sancto. Non igitur pendet donatio spiritus sancti ex dignitate ministri, sed beneficium Christi est, qui est efficax per Euangelium. Et Christus transfert ministerii autoritatem i ministris

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

ministris in se ipsum. Qui uos audit. Id est, mi-  
nisterium ualeat propter me. Venuste inquit Na-  
zarenus, baptismū similem esse etiam si dissimiles  
sunt ministri, sicut in cera similis est figura sigilli,  
exigua autem sit annulo aureo ex ferreto facta σκόπει δέ οὐ τοις  
αντίστοιχοι εἰσω χρύσῳ, εἰσω σιδηρῷ δάκτυλοι δέ όμι-  
σου λαβούσαι φίλει, καὶ τὰς δάκτυλας ἐγκεχρυσάχθωσαν εἰκόνα  
της εκκλησίας πορειῶντας, εἴτα, καρόρη ἐκτυπωσούσας την  
μονήν αὐτοῦ, θοίσει σφραγίδαν ἱκτῆς σφραγίδος εἰκόνα  
την, εὐδέη.

Repudiandus est igitur error Donatista-  
rum ex similium, qui propter malos mores sacer-  
dotum improbat ministerium, et discedunt à re-  
liqua ecclesia et excitant schismata. Sciant autem  
tem pii se et ecclesie concordie et dignitati mi-  
nisterii hoc debere ne discedant à ministris prop-  
ter corum mores, si non est impia doctrina. De-  
bemus enim ministerio ipsi obedientiam, quod diui-  
nitus ordinatum, agnoscamus Dei beneficium  
esse, ac propter ipsum toleremus mores etiam pa-  
rum commodos ministerorum, qua in re etiam ex-  
empli ratio habenda est. Nam morosis et furio-  
sis nunquam deerit quod in ministris reprehens-  
ebant si propter mores sacerdotum moueri  
ecclesiastis

## DE ECCLESIA.

ecclesiam licebit. Temere labefactare ministerii dignitatem est peccatum contra secundum præceptum. Læditur enim bonos diuini nominis contempto ministerio. Præterea sicut parentibus, ita & ministris ecclesiistarum, & illi ipsi ordinationi ecclesiæ, quæ publicam cōcordiam cōtinet, honorem debemus. Ad hæc impossibile est ullam multitudinem seu ecclesiam in hac uita diu existere, in qua nulli sint mali. Postremo schisma ipsum patit innumera peccata, dissipationem ecclesiæ, odia, factiones, cædes sicut ipsi Donatistæ ui gratae habantur in aduersarios.

Non sunt igitur propter malos mores deserendi præsentes ministri ecclesiistarum aut ipsæ ecclesiæ, sicut Augustinus grauissime dixit. Reuera cum cōtagio peccandi multitudinem inuaserit diuinæ disciplinæ secura misericordia necessaria est. Nam consilia separationis & inania sunt & perniciosa atq; sacrilega. Quia impia & superba sunt, & plus perturbant infirmos bonos, quam corrigunt animosos malos.

Alter locus est de traditionibus, quod ad unitatem ecclesiæ non sit necessaria similitudo hu  
e iiiij manarum

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

manarum traditionum. Hac de re necesse est ad monaci homines. Sepe enim in ecclesia extiterunt magni tumultus propter dissimilitudinem traditionum, ut Romani pontifices excommunicarunt orientales, quia alio tempore celebrabant Pascha. Item, Quia abolebant in templis imagines, Quia uitetur fermentato pane in coena domini, & hoc genus alia, quae indigna sunt de quibus rixentur Christiani. Ipsa Nicena synodus de dissimilitudine traditionum fecit pium decretum, ut quilibet Ecclesia suos ueteres mores retineret, nec de ritibus inter se rixarentur. Et Ambrosius matri Augustini respondit, ut Romae obseruaret romanos ritus, Mediolani mediolanenses. Hec prudentia Christianis necessaria est, ne temere excitentur dissidia. Consensus esse debet doctrinae Euangeli, & usus sacramentorum, qui ordinatus est in scripturis, sicut Paulus dicit, Unus Deus, una fides, unum baptisma. Quanquam autem in singulis Ecclesijs populus uti suæ Ecclesiæ morib. debet, et habet aliquam utilitatem similitudo traditioni, magis n. conciliat imperitos, tamen descendit sunt homines, ut sciant dissimiles ritus diuersarum Ecclesiarum non pugnare cum iusticia Christiana. Sicut docet Paulus Rom. 14. Regnum

Dei

## DE ECCLESIA.

Dei non est esca aut potus. Verum hic locus melius intelligetur, ubi exposuerimus, quid in totum de traditionibus humanis sentiendum sit.

### De traditionibus humanis.

VOCAMVS traditiones humanas, non edita magistratum ciuilium, sed ceremonias in Ecclesia institutas ab hominibus, non mandatas expresso uerbo Dei, Harum tria sunt genera. Primum est earum quae præcipiunt aliquid fieri aperte contra mandata Dei, ut sunt traditio[n]es de abusu missarum, uel impiis cultibus sanctorum. Aut præcipiunt aliquid, quod sine peccato non potest prestari, qualis est traditio de cœlibatu, cum his imponitur qui non sunt ad cœlibatum idonei. Porro scripture inquit. Oportet Deo magis obedire quam hominibus. Itaq; conscientiam uiolantem has traditiones excusat manifesta autoritas diuina, Et habemus exempla. Daniel non paruit regio edicto de adoranda statua, de non adorando Deo, nec Apostoli paruerunt principibus Iudeorum, qui ueatabant docere Euangelium.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Secundum genus est traditionum de rebus  
sua natura adiaphoris, ut de ferijs, ieunijs, uestitu.  
In his considerandi sunt finis. Si enim finis  
est politicus, licite sunt, ut cum feriae institui-  
tur aut seruantur, non quod ipsum opus mereat-  
tur remissionem peccatorum, aut sit iusticia &  
cultus, id est, cuius finis proximus sit, quod Deus  
requirat id opus tanquam honorem, & non pro-  
pter alias causas. Sed finis esse debet proximus  
ordinis causa, ut populus sciat quo tempore con-  
uenire debeat ad audiendum ac discendum Euana-  
gelium, & ad usum sacramentorum. Cum ieiu-  
nia prescribuntur, non quod ipsum opus mereatur  
remissionem peccatorum, aut sit sua natura cul-  
tus, sed ut tali ceremonia insigniatur dies, aut ut  
populus sobrius, magis aptus sit ad precandum &  
ad audiendum ac meditandum Euangelium. Cum  
certe cantiones ordinantur in templis, ne existat  
confusio indigna Ecclesys.

Tales ordinationes hoc politico fine possunt  
Episcopi seu Pastores condere. Quia Paulus  
præcipit in Ecclesia omnia geri ordine et decen-  
ter. Et sic ipse ordinat lectiones apud Corinthios,  
item de uelandis mulieribus, & tali pedagogia  
in mundo

## DE TRADITIONIBVS HUMANIS.

in mundo opus est, ut populus discat in ritibus piis historias, & assuefiat ut reverenter tractet sacra. Ut enim ceteris legibus in hac uita corporali opus est, ita & ceremonijs opus est. Nam ceremoniae naturaliter etiam pars quædam sunt disciplinæ seu legis. Quare qui omnes traditiones Ecclesiasticas aboleri uolunt, cum ipsa natura hominum belligerantur, que non potest regi sine ceremonijs. In oeconomia necesse est patrem & familias constituere tempora precandi, discedendi &c. Sic in schola, sic publice in Ecclesia opus est talibus ordinationibus. Et in hanc sententiam inquit Paulus, Lex est pedagogus, & quidem addit in Christum. Hoc non est leue praconium quod testatur ceremonias magnam utilitatem habere. Videlicet, quia iuuentutem & uulgas docent & insuefaciunt ad cognoscendum Euangelium per quod Christus est efficax &c.

Quanquam autem ceremonijs tanquam pedagogia omnino opus est, tamen interim caudum est, ne supersticiose opiniones de eis obrepant, ne & beneficium Christi hac doctrina de fide obscureatur, aut existat inde quædam carnifex conscientiarum. Ideo sentiendum est hos ritus non

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Eus non mereri remissionem peccatorum, nec esse iusticiam Christianam, nec cultus esse, hoc est, res quas Deus requirat tantum, ut hoc honore afficiatur, & non propter politicas causas. Præterea quanquam exempli causa seruande sunt h.e traditiones, quarum finis est politicus, tamen nō sunt laquei conscientijs iniiciendi, sed cognoscenda est libertas Christiana de qua supra dictum est, verum, ut conscientie habeant hos ritus pro rebus adiaphoris, nec aut iusticiam, aut peccatum in eis collocent, sed sciant eos sine peccato extra scandali casum omitti posse, sicut Paulus cum uellet mulieres esse uelatas, non sentiebat hoc opus esse iusticiam corā Deo, nec sentiebat mulierem pccare quæ detegeret capillos sine scandalo.

Huiusmodi innumerabilia sunt in communitate. Cum enim soli homines ordinem intelligant, maxime conueniens est hominum naturæ, consti- tuere locorum, temporum, et personarum discrimina. Scholasticum non decet scenica uestis. Eset autem ridicula supersticio, si sentiret se propter formam uestitus iustum esse, aut peccare mortaliter si sine scandalo uteretur alia ueste. Hec ἐπίγνωση, in traditionib. magnopere necessaria

## DE TRADITIONIBVS HUMANIS.

Saria est. Alioqui enim superstitione cumulantur traditiones sine modo, cum putantur esse iusticie, & cultus Dei, & perfectiones, sicut creuerunt olim in Ecclesia & apud monachos. Item conscientie cruciantur & coniiciuntur in desperationem non intellecta libertate. Quare necesse est in Ecclesia extare firmam consolationem de usu traditionū. Omnino singulari prudentia opus est, ne uel barbarice contemnantur traditiones, uel superstitiose obseruentur. Testimonia auem de libertate paulo post addemus.

Tertium genus est traditionum in quib. res diaphoræ præcipiuntur, sed cum impijs aut pernicioſis opinionibus. Multæ autem false opiniones aduantur traditionibus. Prima et Iharisaica opinio est, quod homines mereantur remissionem peccatorum his operibus, seu quod sunt iusticia Christiana, seu quod Deus requirat hæc opera non propter politicum finem, sed tantum ut tali honore afficiatur. Hanc opinionem reprehendit Christus cum inquit. Frustra colunt me mandatis hominum. Et obruitur doctrina de fide, cū transscrunt homines beneficium Christi in has traditiones. Hæc cauſa est præcipua, cur Paulus tam uchemen-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

nchementer concionetur aduersus ceremonias  
Mosaicas et traditiones humanas, uidelicet ne ob-  
scuraretur beneficium Christi, sed extaret in Ec-  
clesia hæc sententia, gratis donari remissionem  
peccatorum propter Christum, eamq; fide acci-  
piendam esse, & pronunciari nos iustos propter  
Christum non propter traditiones aut ceremoni-  
as. Item ueri cultus sunt spirituales, Timor, Fia-  
des, Dilectio, & reliqua opera a Deo mandata.

Secundus error qui heret in traditionibus  
ex priore natus est, finixerunt traditiones illas  
esse perfectionem, hoc multo absurdissimum est  
anteferre humanas traditiones legi Dei, cū obe-  
dientia sit perfectio legis diuin.e.

Tertius error est de necessitate, estq; nemo  
legis Mosaice. Quia enim uidabant in  
lege Moysi multum fuisse ceremoniarum, somnia-  
bant etiam Euangelij tempore similes ceremonias  
esse oportere, & affngebant fidem sine illis ce-  
remonys inutilem esse, & homines propter cere-  
monias esse iustos, ita imaginabantur Christia-  
nismum esse huiusmodi externam politiam sicut  
fuit Leuitica. Hæc somnia inde orta sunt, quia  
nec de-

## DE TRADITIONIBVS HUMANIS.

Nec doctrinam de fide Christi, nec usum ceremoniarum legis recte intellexerunt. Etsi enim in legi necessitate fuit seruare ceremonias, propter mandatum Dei, tamen fuit eis opus alia quadam spirituali iusticia coram Deo, uidelicet, Fide uenturi Christi &c. Et Deus Ecclesiam postea non uoluit onerari tali seruitute, sicut ait Petrus. Quid tentatis Deum imponentes iugum &c. Item doceuit regnum Christi esse uitam & iusticiam spirituali rituali.

Quartus error est de potestate Episcoporum, qui traditiones codunt per superstitionem, & defendunt errores quos recitauit. Item qui putant se habere autoritatem onerandæ Ecclesiæ, ita ut peccent omnes qui uiolant traditiones, etiam cum extra scandali casum omittant.

Quintus error oritur ex opinione necessitatibus, Conscientiae male cruciantur, Et impetrati dominant Ecclesias propter dissimilitudinem traditionum, qua ex re oriuntur discordiae in Ecclesia. His erroribus aduersandum est, ut pura doctrina de fide, de ueris cultibus, de cultu spirituali conseruatur, & ne conscientijs injiciantur laque

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Iaqui, neue concordia Ecclesiarum sine causa  
perturbetur.

Necesse est autem abijcere malas opinioes,  
ipsi uero mores rerum indifferentium retineri pos-  
sunt, & carum usum moderari caritas debet.  
Deinde cum aliquibus ceremonijs ac ritibus pro-  
pter bonum ordinem opus sit, commodius est reti-  
nere usitatos, qui nihil habent impictatis. Nam  
mutatio praesertim non necessaria multorum ani-  
mos offendit. Satius est autem conciliare et acre  
mutuam bencuolentiam in Ecclesia. Sed non sunt  
damnandi qui aliquos inutiles ritus abijciunt, pre-  
sertim exempli causa, sicut & Paulus exempli  
causa noluit Titum circumcidere. Quomodo au-  
tem sit habenda scandali ratio paulo post dicam.

Porro necesse est in Ecclesia retinere hanc  
doctrinam de libertate, quod traditiones neq;  
sint iusticia coram Deo, neq; sit peccatum casu  
mittere extra casum scandali, idq; probant hec  
testimonia. Colossem. 2. Nemo iudicet uos in ci-  
bo, potu, sabbato &c. Item si mortui estis cum  
Christo ab elementis mundi, quare tanquam ui-  
uentes mundo decreta facitis? Ne attingas, ne  
attrectes

## DE TRADITIONIBVS HUMANIS.

contrectes &c. Actuum 15. ait Petrus. Quare tentatis Deum imponentes iugum &c. Galat. 5. In libertate qua Christus uos uocauit statc, & ne iterum iugo seruitutis subijciamini, uerat enim onerare conscientias hac opinione, quod traditiones humanæ ita necessarie sint, sicut Iudeos portebat seruare suas ceremonias. Hanc libertatem neq; debent neq; possunt abrogare pastores, est enim ordinatio diuina. Christus Matth. 15. excusat Apostolos uiolantes traditiones, et addit. Frustra colunt me mandatis hominum. Item, Omne quod intrat in os non coinquinat hominem. Ita utrumq; complectitur, negat cultus, id est, iusticias esse, negat etiam pollui conscientias si uiolentur. 1. Timo. 4. Paulus uocat traditiones de cibis & similes, doctrinas dæmoniorum, ubi non prohibet certi generis abstinentiam, quæ est res indifferens, sed malas opiniones, scilicet, quod sunt iusticiæ aut res necessarie.

## De mortificatione.

**S**i cultus humana electione suscepti sunt inutiles, quid senticendum est de voluntaria abstinentia & similibus exercitijs? Ad hoc respondeo.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

respondeo. Discerni debent mortificatio, quam  
sic Paulus uocat, & exercitia seu disciplina. Nā  
uera & non simulata mortificatio fit per crucem  
& afflictionem, ut Paulus inquit. Circumferimus  
mortificationem Christi in corpore nostro. Item  
Roma. 8. Corpus mortificatur propter peccatum  
ubi proprie de ueris terroribus, cruce & ipsa  
morte loquitur, non de uoluntarijs exercitijs.  
Atq; hęc obedientia tolerare afflictiones necessaria  
est, & est cultus præcipuus sanctorum, sicut  
David inquit. Sacrificium Deo, spiritus contri-  
bulatus. Item, Oportet nos conformes fieri ima-  
ginis filij Dei. Item, Exhibete corpora uestra  
hostiam uiuam.

Sed præter hanc mortificationem, est aliud  
quoddam uoluntarium exercicij genus necessari-  
um, de quo Christus dicit. Cauete ne corda ues-  
tra grauentur crapula. Item Paulus, Castigo  
corpus meum, & in seruitutem redigo, Et huius  
exercicij finis esse debet, non ut satisficiat pro  
peccatis, seu quasi Deus requirat id tanquam  
cultum, ac non propter aliam causam, sed finis  
sit ut coherceat carnem, ne sauritas obruat  
nos, & reddat securos & ociosos, Qua ex re fit,  
ut homi

## DE MORTIFICATIONE.

ut homines obtemperent & indulgeant affectiō  
bus carnis.

Debent autem huius generis esse multipli-  
cia exercicia, abstinentia, intentio ucheinior  
in studia, labores, sacræ lectiōes. Ideo Paul. p̄r̄cipit.  
Docentes & admonentes uos mutuo Psal-  
mis & cantionibus spiritualibus. Deniq; huc tota  
disciplina pertinet. Sed hāc nunc superbissime ex-  
cusit mundus, et sumit sibi immodicam licentiam  
pro qua graues poenas aliquando Deo daturus  
est. Nam praterquam quod ipsa licentia coniuncta  
est cum intemperantia & alijs multis uicijs,  
illud mali etiam habet, quod in tali barbarica ui-  
ta non potest doceri aut assuefieri iuuentus ad re-  
ligionem, & paulatim induit contemptum religi-  
onis. Postea grandior ætas neq; intellectum, neq;  
reuerentiam, neq; exercicia ulla religionis ha-  
bet.

Paulus p̄cipit parentibus, ut edacent li-  
beros in disciplina & admonitione Domini. Di-  
sciplina autem significat totam assuefactionem, et  
huic uult addi admonitionem Domini, id est, do-  
ctrinam seu uerbum Dei. Cum autem Deus sit  
efficax per uerbum suum, aderit his qui habent

t ij

hæc

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.  
hec exercicia discendi & cogitandi uerbi Dei,  
& precandi. Quare non est inutilis exercitatio.

Præterea magna uis est consuetudinis, qui  
non sunt assuefacti ab incunabula etate, postea gran-  
des natu neq; intelligent, neq; accersent hæc ex-  
ercicia. Quantum igitur possumus, ad hæc exer-  
cicia hortemur & excitemus iuuentutem, nō so-  
lum uerbis sed etiam exemplis nostris.

Atq; hæc exercitia destinata ad hunc finem  
immediatum, ut coherceant corpus, iam sunt ox-  
pera a Deo mandata, Et debet hæc disciplina  
perpetua esse, quare non pertinet proprio ad tra-  
ditiones humanas. Et ut maxime aliquæ traditi-  
ones ad eam profint, & admoneant iuuentutem,  
tamen ipsa obseruatio sit sine superstitione, non  
addatur opinio iusticie aut necessitatis, & cogia-  
temus hæc exercicia suscipienda esse, non propter  
illam traditionem aut tempus illud, sed tantum ad-  
moneri nos hac traditione, ut perpetua sit diligen-  
tia, nunc autem exempli cauſsa hos mores cum  
alijs seruandos esse, ut diei festi ceremonias. Et  
tamen hic quoq; modum nosse conuenit, & scienc-  
dam, alia aliorum etati conuenire, & conseruan-  
dam esse

## DE MORTIFICATIONE.

Dam esse ualitudinem, ut Paulus dicit, habendum  
esse honorem corpori &c.

Sed iure queritier Taulerus plerosq; ante  
tempus abiecere imagines seu umbras, sic uocat  
haec exercitia alludens ad Paulum, que sunt  
umbra futurorum, corpus autem est Christi. Nam  
haec disciplina non est iusticia spiritus, sed umbras  
sunt seu imagines, hoc est, exercitia, quib. admo-  
nendi cohercendi & assuefaciendi sunt homines,  
ut doceri possint, ut magis fiant idonei ad cogi-  
tandum Euangelium & prædicandum, sicut ex  
Christus inquit. Hoc genus demoniorum nō ejici-  
tur nisi diciunio & oratione, id est, sobriorū ora-  
tione. Ideo Paulus non dixit corporalia exerci-  
tia prorsus inutilia esse, sed collationem facit hos  
rum exercitiorum & spiritualis iusticie, aliquid  
afferunt utilitatis haec exercitia, sed gradus aliis  
longe superior est et præstantior, uidelicet pietas,  
hoc est, uera poenitentia, ueri dolores, uera ex-  
ercitia fidei, preces, patientia. Hec dixi ut mea  
mincerimus hoc exercitij genus non esse abiecien-  
dum, & sciamus ad quem finem sine supersticio-  
ne referri debeat.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

De scando.

**S**CANDALVM significat offensionem, qua  
alterius animus perturbatur, hoc est, uel de-  
terretur, uel incitatur ad imitationem. Est au-  
tem duplex scandalum, alterum est Pharisaicum,  
uulgo uocant, acceptum. Est autem cum uel re-  
cta doctrina, uel necessario facto offenduntur  
hypocrite, & concipiunt odia Euangeliij & pio-  
rum, ut Pharisei oderant Euangelium & Euan-  
geliij doctores, & magnas cauſſas sui doloris atq[ue]  
odij habebant ex humana ratione sumptas. **Q**uis  
enim moderato ingenio præditus non doleat labo-  
factari formam religionis, perturbari concordia  
& respuplicas. Videbant autem extenuari suos  
cultus & dissipari rempub. & contemni superia-  
orum autoritatem. **Q**uamuis autem he ſint  
magnæ cauſſe, quæ merito mouent homines, ta-  
men sciendum est his cauſſis, hoc eft, omnibus re-  
bus antecerendum eſſe mandatum Dei, iuxta hanc  
regulam. Oportet Deo magis obedire quam ho-  
minibus. Ideo hoc Pharisaicum scandalum non  
eſt uitandum, excusat enim nos mandatum Dei.  
Sed præstandum eſt, ut doctrina ſit uera, certa,  
utilis

## DE SCANDALO.

utilis Ecclesie. Nam grauissimum peccatum est  
perturbare Ecclesiam malis aut incertis aut ini-  
tilibus disputationibus.

Alterum scandali genus est, quod uocatur  
Datum. Estq; impia doctrina aut malum exem-  
plum quod nocet alijs, siue quia imitantur, siue  
quia deterret homines ab Euangelio. Huius ge-  
neris scandala sunt, omnia impia dogmata,  
item idolatrici cultus & traditiones humanæ que  
non potuerunt sine peccato obseruari. Horum  
scandalorum autoribus præcipue minatur Chri-  
stus. Væ homini per quem uenit scandalum &c.  
Sunt igitur hæc scandala summa uigilantia ca-  
uenda, ne uel autores uel suffragatores impiæ  
doctrinæ simus, nec imitatores impiorum cultu-  
rum &c.

Est etiam cauendum aliud quoddam scan-  
dali genus, quod est cū opus indifferens intempe-  
stiue fit, ut intempestiuus usus libertatis Christiana-  
nae, de hoc usu sæpe disputatur quando concessus  
fit, quando non fit concessus, & supra dixi pec-  
catum esse, uiolare traditiones humanas in casu  
scandali. Ideo tenenda est Pauli regula de usu  
libertatis. Paulus præcipit doctis, ut tolerent in-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

firmos & morigerentur eis ad bonum et ad ædi-  
ficationem, hoc est, ut commoditate sua inducent  
eos ad Euangelium non deterrant. Quia nō so-  
lum Hypocrite sed etiam pi & moderati homi-  
nes præsertim non satis docti, cum uident mores  
ueteres uiolari, iudicant illo doctrinæ genere ho-  
mines efferari & reddi prophanos, atq; ita de-  
terrentur a cognitione Euangelij.

Non igitur utendum est libertate apud illos  
qui nondum audierunt hoc doctrinæ genus, aut  
apud fratres nondum satis confirmatos, sed se-  
quendum est exemplum Pauli. Factus sum infir-  
mis infirmus. Si esca offendit fratrem, nunquam  
manducabo carnem, ne fratrem offendam. Vbi  
autem iam inclaruit Euangelium, & mediocriter  
confirmata est Ecclesia, non est acerba obserua-  
tio iniurium traditionum requirenda. Imo Pau-  
lus ut exemplum libertatis ostenderet, noluit cir-  
cumcidere Titum. Et Christus excusat Apostolos  
uiolantes traditionem et inquit. Dimitte eos, coe-  
ci sunt, & duces cœcorum &c.

Sed in hac ipsa re tamen cogitemus mode-  
ratiōem prodeſſe. Quia etiam inter hostes aliqui  
sunt

## DE SCANDALO.

sunt non tam irritandi quam reconciliandi, & Christianos conuenit omnia sua facta non ad proprios affectus aut dominationem referre, sed ad aliorum utilitatem et gloriam Christi. Multi autem usitatos mores uiolant, non ut alijs profint aut seruant, aut meliora faciant, sed quia delectare eos hæc libertas, hoc Tyrannicum est, contemnere mores publicos & leges, non est Christianum. Preterea publicorum morum uiolatio facile excitat magnos tumultus, non sunt autem temere excitandi motus etc. Difficile est enim postea sustinere conscientiam, quod causam præbueris publicarum calamitatum.

Secunda Regula. Est & in Ecclesiis recte institutis habenda scandali ratio, ne nostra exempla alijs noceant, qualia sunt, sepe negligere publicum Ecclesie morem aut ceremonias publicas, ac significare aliquem contemptum, aut alios eo exemplo negligentiores reddere. Item præbere occasionem dissidijs aut factionibus sine necessaria causa. Si quis hoc modo violat traditiones certe peccat. Preter tales scandali casus traditiones intelligentur esse liberæ.

Hanc igitur in traditionibus retinere

b p est uti-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

est utilissimum, retinet enim autoritatem traditionum, & conservat publicos mores ac disciplinam, & tamen conscientias illa ueteri carnificia liberat, cum sciunt traditiones res esse exterius & indiferentes, & sine peccato omitti posse extra casum scandali.

Cæterum doctrinæ scandala multo perniciosa sunt quam mala exempla in moribus. Ideo summa uigilantia cœendum est, primum ne impia aut incerta, aut inutilia doccamus, Deinde cum recta docemus, ne ita confuse ea tradamus, ut auditores in tanta confusione malas opiniones concipiant. sicut uidemus quantum referat moreri populum, quatenus reprehendantur humane traditiones, & rursus quo fine & ad quem usum traditiones conservandæ atq; amanda sint. Hæc nisi proprie & diserte explicitur, indocti contemptum omnium legum et morum induunt.

Ita in cæteris articulis nisi uere proprie ac dilucide explicitur, obrepūt persuasions ualde pernicioſe. Cum dicimus fide homines iustificari, quam absurdæ opiniōes oriuntur, nisi moncantur auditores qua de re agatur, & quod fide reconcilietur

## DE SCANDALO.

scilicet persona, et postea nostra obedientia sit necessaria, et in reconciliatis sit iusticia. Item de libero arbitrio. Deum non esse caussam mali, et pleraque alia quae suo loco diximus, non detrahi meritum operibus, quia nos nihil agamus, sed quia promissio est donatio, ut sit certa remissio peccatorum. Ceterum in reconciliatis bona opera sunt etiam meritoria. Sic in omnibus locis adhibenda est diligentia, ut sine sophistica explicentur proprie ac distincte.

Ideo Paulus uoluit Episcopum esse didactum, ut apte et proprie doceat, et Christus uult scribam in regno cœlorum doctum esse et similem bono patrifamilias, qui prudenter eligat in docendo noua et uetera. Nisi enim hanc prudentiam et diligentiam adhibeant doctores, perturbantur conscientiae, et obrepunt animis pravae opiniones nocitiae religioni ac moribus, et oriuntur tumultus et pleraque alia scandala. Ideo non solum demus operam, ut mores nostri ornent Euangeliū, sed etiam ut docendi ratio et perspicuitas iuuet conscientias, explicit ambigentes et sanet errantes.

LOCI COMMV. PHILI. MELANTH.

De regno Christi.

**E**VANGELIVM clare docet Regnū Chri-  
sti esse spirituale, hoc est, Christum sedere  
ad dexteram patris, & interpellare pro nobis &  
dare remissionem peccatorum et Spiritum sanctū  
Ecclesie, hoc est, credentibus in ipsum & inuo-  
cantibus eum, eosq; sanctificare ut resuscitet eos  
in nouissimo die, ad uitam & gloriam eternam,  
& ut haec beneficia consequamur, ordinatum est  
ministerium Euangelii, per quod uocantur homi-  
nes ad agnitionem Christi, & Spiritus sanctus per  
Euangelium est efficax &c. Interim uero ante  
nouissimum diem Ecclesia in mundo patietur per-  
secutionem, et erunt mali bonis admixti in Eccle-  
sia. Hæc est uera & germana sententia Euan-  
geliij de regno Christi & Ecclesie. Estq; exca-  
randus & damnandus error ille Iudaicus, ana-  
baptistarum, qui fingunt Ecclesiam ante nouissi-  
mum dicm politiam quandam mundanam futu-  
ram esse, in qua regnent pijs, & armis delectant o-  
mnes impios, & occupent omnia imperia &c.

Colligemus itaq; testimonia de spirituali rea-  
gnō non

## DE REGNO CHRISTI.

gno non solum ad refutandos fanaticos spiritus,  
sed etiam quia prodest has sententias habere in  
conspicere ut nos consolentur, et exuscitent ad ex-  
ercitia spiritualia, ad fidem, ad orationem, ad  
patientiam. Nam error ille Iudaicus præter cæ-  
tera incommoda hoc quoq; habet, quod obscurat  
et prorsus obruit consolationes spirituales, et  
aboleat exercitia spiritualia, cum uidelicet mentes  
non intelligunt hæc beneficia propria esse Christi  
remissionem peccatorū et gratiam, sed expectant  
bona corporalia, nec sustentant se fide in terrorib.  
et afflictionibus, sed requirunt bona corporalia.

### Quod Regnum Christi sit spirituale,

**I**OAN. 17. Sicut dedisti ei potestatem omnis  
carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam  
eternam. Hæc est autem uita æterna, ut agno-  
scant te solum Deum uerum et quem misisti Iesu  
sum Christum. Hic Christus testatur suum bene-  
ficium et Regnum suum esse uitam æternam, et  
definit, quid sit uita æterna, uidelicet, non aliqua  
mundana dominatio, sed uera noticia Dei, et do-  
mini nostri Iesu Christi.

Rom.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Rom. 8. Qui est in dextera Dci et interpellat pro nobis &c. Et Esa. II. Stabit radix Iesse, ipsum gentes deprecabuntur &c. Haec sententiae describunt sacerdotium et Regnum Christi, et testantur utrumque spirituale esse, hoc est, Christum non constituere aliquod mundi imperium, sed apud patrem pro nobis interpellare, ita regnare, ut uelit inuocari, exaudire, sanctificare, custodire spiritu sancto eos qui ipsum inuocant, sicut et alias scriptum est. Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei. Item. Dabo legem meam in corda eorum. Haec beneficia obscurantur, cum expectamus regnum corporale &c.

Rom. 8. Cohæredes Christi siquidem simul patimur, simul etiam glorificabimur. Item sive salvi facti sumus. Item. Quos præseuiuit, hos uult conformes fieri imaginis filii sui. Item propter temetatem tota die reputati sumus uelut oves occisionis &c. Haec sententiae testantur quod glorificatio non contingat in hac uita, sed oporteat nos in hac uita afflictiones et persecutionem pati. Matth. 16. Si quis uult me sequi, abneget se ipsum, tollat crucem suam, et me sequatur. Ioan. 6. In hoc mundo pressuram habebitis. Et 2. Timo. 3.  
Oppimes

## Q VOD REG. CHRISTI SIT SPIR.

Omnis qui pie uolunt uiuere in Christo, persecuta  
tionem patientur. Hæ sententiae clarissime docens  
Ecclesiam in hac uita subiectam esse afflictionib.  
Colossem. 3. Vita uestra abscondita est cum Chri-  
sto in Deo. Quando Christus manifestabitur qui  
est uita nostra, tunc & uos cum eo manifestabi-  
mini in gloria. 1. Ioan. 3. Nunc filij Dei sumus,  
sed nondum manifestatum est quales erimus, sci-  
mus autem cum manifestabitur, similes nos ei fu-  
tueros esse, quia uidebimus eum quemadmodum  
est &c. Docet & hic locus gloriam regni Chri-  
sti non esse imperium mundanum, sed spirituale,  
hoc est, ut resuscitati habeamus nouam & eter-  
nam iusticiam ac uitam, qualis est Christi resu-  
citati gloria.

Item, Paulus clare dicit, Antichristum do-  
minaturum esse usq; ad nouissimum iudicium, in  
quo ueniens Christus destruet regnum Antichristi.  
Igitur uera Ecclesia non occupabit imperia, sed  
multo magis uersabitur in maximis periculis &  
afflictionibus. Et 2. Petri. 3. dicitur, uenuros  
esse postremis temporibus illusores qui palam de-  
rideant religiones. Erunt ergo qui persequentur  
Ecclesiam. Et Daniel clare dicit Bestias hoc est,  
imperia coniici in ignem cum apparet Christus ad  
iudicans

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

judicandum, durabunt igitur imperia aliqua im-  
pia usq; ad nouissimū diem. Ioan. 20. cum Chri-  
stus mittit Apostolos, tautum dat mandatum do-  
cendi, & inquit, Sicut me misit Pater, sic ego  
mitto uos, Constat auten Christum missum esse ad  
ministerium Euangeliū non ad occupanda imperia  
mundi, sicut ipse inquit. Regnum meum nō est de  
hoc mundo, Et prohibet Apostolis imperia rapere  
cum ait, Reges gentium dominantur, uos autem  
non sic. Item Matth. 5. Ego autem præcipio uos  
bis ne resistatis malo, hoc est, ne prætextu Euangeliū  
& noui regni constituendi arma capiatis.  
Sunt igitur missi Apostoli ad ministerium Euangeliū,  
hoc est, ad docendum non ad rapienda im-  
peria mundi. Ideo & Paulus inquit. Euangeliū  
est ministerium spiritus, Id est, in Euangelio of-  
feruntur bona spiritualia & eterna, non consti-  
tuimus noua imperia mundi. Et 2. Corinth. 10.  
inquit, Arma militiae nostræ non sunt carnalia,  
sed potentia Deo ad demoliendas cogitationes.  
Item . Corinth. 5. Pro Christo legatione fungis-  
mur, commendantes nos tanquam Dei ministros  
in afflictionib. Item. Non dominamur fidei uestre.

Cum igitur Apostoli tantum habent manu-  
datum

Q VOD REG. CHRISTI SIT SPIR.

datum docendi, impium est sentire quod doctores Euāgeliū debeant armis cōstituere noua quædam ī imperia , sicut Iudæi & Anabaptistæ somniant postremis temporibus Regnum Dei in terris tale constituendum esse, in quo sancti dominantur & armis delcant omnes impios, nec in Ecclesia hy- pocritas ullos futuros esse. Atq; hoc Iudaicū de- lirium saepe in Ecclesiam irrep̄it. Fuerunt enim & olim fanatici spiritus Chiliasm̄ & Pepusiani, qui tale regnum Anabaptisticum somniarunt.

Reliquum est ut testimonia colligamus, quæ docent in Ecclesia usq; ad nouissimum diem pro- miscue futuros bonos & malos. Luke 17. Sicut factum es̄t in diebus Lot, sic erit qua die filius ho- minis reuelabitur. Item. In illa nocte erunt duo in lecto uno, unus assumetur et alter relinquetur Eccl. Math. 13. de gigantijs. Sinite utraq; crescere usq; ad messem &c. Et paulo post. Messis consu- matio seculi est, Mittet filius hominis Anglos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem &c. Item. Sic erit in consumatione seculi. Exibunt Angeli & se- parabunt malos a iustis, & mittent eos in cam- bus ignis &c. Haec sententiæ testantur non fu-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

turam esse separationem sanctorum ab hypocritis, nisi in nouissimo iudicio.

Præterea & hoc considerandum est. Pastores habent mandatum excommunicandi uerbo sine ui corporali reos manifestorum scelerum. Non est humani iudicij corda inspicere, & de illis iudicare, qui non habent manifesta delicta. Ideo Paulus dicit. Aduersus presbyterum non recipias accusationem nisi testibus adhibitis. Ergo qui non possunt conuinci testimonij, non debent humano iudicio separari. Impossibile est igitur tam Ecclesiam constituere ante nouissimum diem, in qua nulli sunt hypocritæ, sed Pastores faciant suum officium, pure & fideliter doceant, & Ecclesie glorificationem cōmendent Christo, Interm in hac uita semper crunt Ecclesie admixtimali, & multi impij tenebunt imperia mundi, & crudeliter persequentur Ecclesiam usq; ad gloriosum Christi aduentum. Et tamen in his persecutionibus Christus suo consilio aliquas reliquias seruat, ne penitus deleatur Ecclesia, tale est regnum Christi in hac uita.

Constat & illud, etiam si noua aliqua talis Ecclesia

## Q VOD REG. CHRISTI SIT SPIRI.

Ecclesia futura esset, tamen doctores proprio cō-  
filio sine manifesto mandato Dei non debent arma-  
capere ad tales Ecclesiam constituendam &c.  
Quanquam nec ullum nouum mandatum expe-  
ctandum est. Non enim edet Christus mandatū  
contrarium Euangelio.

Quod uero Iudei & Anabaptistæ citant  
Prophetas, qui cum de regno Christi loquuntur,  
sepe figuris utuntur sumptis ab imperijs mundi.  
Ad hoc primum respondeo. Euangelium est in-  
terpretatio Prophetarum. Cum igitur Euangeli-  
um clare doceat Regnum Christi esse spirituale,  
afferrat bona spiritualia & aeterna, nec occupa-  
re dominationem in mundo, sed magis pati perse-  
cutionem, debemus & Prophetas intelligere iux-  
ta Euangelium. Itaq; Apostoli in Actis sententi-  
as de regno promisso Dauidi clare transferunt  
ad hoc Regnum spirituale, subiectum persecuti-  
oni &c. Et Christus reprehendit ipse Apostolos,  
cum haberent Iudaicam persuasionem, ac putas-  
rent se occupaturos esse mundi imperia.

Secundo. Prophetæ ipsi quanquam uarijs  
utuntur figuris, tamen interim etiam diserte te-

" ij stentur

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

stantur Regnum Christi fore spirituale. Daniel  
clare dicit. Christus occidetur. Et Esaias. Ponet  
animam suam pro peccato. Ergo non habebit dos-  
minationem corporalem in hac uita. Præterea  
affirmant Regnum Christi esse æternum, nulla  
autem corporalis politia est æterna in hac uita.  
Ideo figuræ corporalis politie, quas interdum  
accommodant ad Regnum Christi æternum, ne-  
cessitatem allegorice intelligi.

Atq; id Regnum æternum in hac uita, in  
spiritu & fide inchoatur, & postea durat per-  
petuo post hanc uitam. Ideo Prophetæ interdum  
ita loquuntur, ut non discernant tempora huius  
uite & future uite. Interdum uero discernunt  
& palam uaticinantur, Ecclesiam in hac uita  
passuram esse persecutiones, sicut docet Psal. 2.  
Asisterunt Reges terræ, & Principes conuenie-  
runt in unum aduersus Dominum & aduersus  
Christum eius. Et Psal. 115. Preciosa in conspectu  
etu Domini mors sanctorū eius. Et Psal. 17. Pre-  
ciosus sanguis eorum coram ipso. Et uenustus de-  
scribit Esaias Ecclesiam in hac uita cap. 30. Da-  
bit uobis Dominus panem arctū, et aquam exigua-  
m, & nō auferet ultra a te doctorem tuum &c.  
Hic

## Q VOD REG. CHRISTI SIT SPIR.

Hic testatur Ecclesiam conseruandam esse, sed tamen inter afflictiones. Daniel aperte uaticinatur de persecutione ante nouissimū diem. Et docti in populo doccebunt plurimos, & ruent in gladio, & postea statim sequitur. In tempore illo saluabitur populus tuus omnis qui scriptus est in libro, & multi de his qui dormiunt in terræ puluere e-sigilabunt, alij in uitam æternam, alij in obprobrium sempiternum. Hi loci & similes tenendi sunt, ut habcamus consolationem in cruce, et uere intelligere discamus Regnum spirituale, huc est, querere consolationes spirituales et exercere fidem, & satis perspicue refutant hi loci iudaicam & fanaticam persuasionem de corporeli dominacione sanctorum in hac uita.

## De resurrectione mortuorum.

**A**RTICVLVS de uita æterna & resurrectione mortuorum est inter præcipuos articulos Euangeli. Ideo in nouo Testamento clarissime proponitur & sæpe inculcatur, & de eo extant conciœ Christi manifestissimæ, Matth. 15. ubi Christus clare affirmat iustos habituros

u iij esse

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

esse perpetuam l&et;iciam, impios uero perpetuam  
tristiciam & cruciatu& sine finc. Et Ioan. cap. 5.  
item 5. Hec est autem uoluntas Patris mei qui  
misit me, ut omnis qui uidet filium & credit in eum  
habeat uitam eternam, & ego resuscitabo eum  
in nouissimo die. Et propugnat hunc articulum  
accerrime Paulus. 1. Corinth. 15. Prodest autem  
habere in conspectu multa testimonia, ut timorem  
& fidem excitemus & confirmemus. Cum autem  
sententiae noui Testamenti satis note sint, collige-  
mus aliquot maxime illustria ueteris Testamenti  
loca. Sunt enim in Prophetis satis clara & per-  
spicua testimonia.

Esaias 3&. Viuent mortui tui, interfeci mihi  
resurgent. Expergiscimini & l&et;amini qui ha-  
bitatis in puluere, Quia ros tuus erit uelut ros  
pratorum, & terra mortuos ejicit, uade popu-  
lus meus intra cubicula tua, claude ostia tua, aba-  
scondere modicum ad momentum, donec transeat  
indignatio mea. Ecce enim Dominus egreditur  
de loco suo, ut dissipet iniquitatem habitantium  
terram contra eos, & reuclabit terra sanguinem  
suum, & non operiet ultra imperfectos suos. Hec  
concio clarissime loquitur de resuscitandis mor-  
tuis,

## DE RESVRRECTI. MORTVORVM.

tuis, de gaudijs sanctorum, de poenis impiorum,  
et de praesenti afflictione Ecclesie. Quare dili-  
genter consideranda est. Mortui tui, inquit, ui-  
uent, uocat sanctos mortuos Dei, ut significet  
Ecclesiam hic affigi propter Dcum. Q. d. Filij  
tui et imperfecti propter te, et qui tibi curae sunt  
iterum uiuent. Qualis autem erit uita aeterna?  
Letamini, inquit, hoc est, p[ro]ij, perpetua laetitia,  
perfecta cognitione Dei, et perfecta iusticia sine  
peccato et morte semper uirebunt et florebunt,  
sicut prata reuirescunt rore. Deinde aspergit  
consolationem de afflictionibus. Sed aliquantisper  
oportet Ecclesiam affigi et mortem perpeti.  
Brunt inelusi uelut in cubiculo, scilicet. Quia  
seruabuntur in Ecclesia et uerbo usq[ue] ad iudiciu[m],  
postea concionatur de poenis impiorum et repe-  
tit sententiam de resurrectione. Non operiet  
terra ultra imperfectos suos et c.

Esaias 66. Sicut coeli noui et terra noua  
dicit Dominus, sic stabit semen uestrum et nomen  
uestrum coram me, et erit mensis ex mense. Sab-  
batum ex sabbato, et ueniet omnis caro, ut ado-  
ret coram facie mea dicit Dominus. Et egredi-  
entur et uidebunt cadavera uirorum, qui pre-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

uaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur,  
et ignis eorum non extinguetur, et crunt usq;  
ad faciem uisionis omni carni. Describit et  
hic locus utrumq; poenas aeternas impiorum, et  
gaudia iustorum, et qualis sit uita aeterna docet,  
cum ait, perpetuos menses et perpetuum sabbati  
fore, hoc est, perpetuum festum diem, ut perpe  
tuo adorent Dominum omnes sancti. Erit ergo  
uita aeterna perpetua adoratio, id est, Dei cogni  
tio et iusticia sine peccato et sine morte.

Esaias 65. Ecce ego creo coelos nouos et  
terram nouam, et non erunt in memoria priord,  
et non ascendent super cor, sed gaudebitis et  
exultabitis in sempiternum cum his quae creo.  
Quia ecce ego creo Hierusalem, exultationem  
et populum eius gaudium, et exultabo in Hie  
rusalem, et gaudebo in populo meo, et non au  
dictur in ea ultra uox fletus et uox clamoris.  
Non erit ibi amplius infans, qui non adolescat,  
aut senex qui non perueniat ad maiorem etatem.  
Nam puer centum annorum morietur, et pec  
cator centum annorum maledictus erit. Alie sens  
tentiae alijs planiores sunt. Sed tamen haec quoq;  
testatur futuram renovationem totius creature,  
et pios

## DE RESVRRECT. MORTVORVM.

et pios habituros esse perpetua gaudia. Nō audi-  
etur in ea ultra uox fletus &c. Ergo erunt sine  
peccato & morte. Item infantes et senes perpe-  
tuo uiuent. Sed pueri centum annorum, & pec-  
catores centum annorum, hoc est, illi qui perse-  
uerauerunt in impietate dabunt penas. Et quia  
ibi loci docent Ecclesiam futuram esse in afflictio-  
nibus ante resurrectionem, & primum glorifi-  
candam post resurrectionem, & post renouatio-  
nem uniuersæ creaturæ, clare testantur Prophæ-  
tæ Regnum Christi spirituale esse, nec esse po-  
litiam mundi ante resurrectionem, qualém Iudæi  
& Anabaptistæ fingunt.

Esaias 25. Et deuorabitur in monte hoc fa-  
cies muolitorum, qua omnes populi inuoluti sunt  
& operimentū, quo omnes gentes coopertæ sunt,  
Et mors deuorabitur omnino, & absterget Do-  
minus Deus omnem lachrymam ab omni facie, &  
obprobrium populi sui auferet de uniuersa terra.  
Docet et hic locus clare mortem abolendam esse,  
& populum Dei liberandum esse ab obprobrio et  
lachrymis, hoc est, a peccato, morte, & perse-  
cutionibus. Quod autem initio dicit, facies inuo-  
lutorum, etiam intelligit mortem, quia mortui so-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Lebant inuolui pannis cum sepelirentur, hæc in-  
volucra tollentur, id est, mors tolletur.

Esaias 24. Et erit in die illa, uisitabit Do-  
minus super miliciam cœli, & super reges terra,  
& congregabuntur congregatione unius fascis  
in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post  
multos dies uisitabuntur, & erubescet luna &  
confundetur sol cum regnabit Dominus &c.

Esaias 35. Qui liberati fuerint & reden-  
pti a Domino, uenient in Zion cū laude & lati-  
cia sempiterna. Esa. 9. Christus uocatur Pater  
eternitatis, hoc est, autor perpetuæ uitæ.

Danielis 12. Et multi de his qui dormiunt  
in terræ puluere euigilabunt, Alij in uitam æter-  
nam, alijs in obprobrium, ut uideant semper.

Oſcæ 13. De manu mortis liberabo eos, de  
morte redimam eos. Ero mors tua o mors, mor-  
tuis ero inferne &c.

Ezechiel 37. Ecce ego aperiam tumulos ue-  
ſtos, & educam uos de sepulchrīs ueſtrīs popu-  
lus meus &c. Huc pertinet & hæc sententia  
Ezechie

## DE RESVRRECT. MORTVORVM.

Ezechielis 33. Viuo ego. Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat. Pertinent ex Prophetis huc omnes sententiæ, de æterno regno Christi & sanctorum.

Ex Psalmo 15. Caro mea requiescat in spe. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Cum enim Propheta de Christo loquitur, etiam membra Christi complectitur. Scit enim per Christum destrui Regnum peccati & mortis.

Psalm. 31. Edent pauperes et saturabuntur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum. Vident corda corum in seculum seculi.

Psalm. 53. Mors peccatorū pessima. Ergo etiam cum peccatores in hac uita non puniuntur, necesse est eos postea puniri.

Et econtra Psalm. 115. Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Ergo sanctis bene erit post hanc uitam. Eodem pertinet locus. Multæ tribulationes iustorum, sed ex his omnibus liberabit eos Dominus.

Psalm.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Psalm. 48. Conferuntur impij fortunati & p̄ij afflitti. Hic docet in morte mutari utrorumq; conditionem, De impijs dicit, Velut oves in fouea ponuntur, & mors depascet eos, usq; in æternum non uidebunt lumen. E contra de pijs dicit, Veruntamen Deus redimet animam de manu inferni, cum acceperit me. Eodem pertinet collatio in Psalm. 4. Ipsi abundant frumento & uino. In pace in id ipsum dormiam & requiescam. Huc etiam pertinent omnes sententiae de æterno regno Christi.

Iob 19. Scio quod redemptor meus uiuit & in nouissimo die de terra surrecturus sum, et rursum circundabor pelle mea, & in carne mea uis debo Deum, quem uisurus sum ego ipse & oculi mei conspecturi sunt, & non aliis. Hic est insignis locus, qui testatur uere nos eadem corpora recepturos esse, sed renouata, sicut Paulus docet &c. Item docet qualis sit uita æterna, scilicet, noticia Dei &c.

Ex Moise argumentatur Christus. Ego sum Deus Abraham etc. Ergo, Abraham uiuit. Quia Deus non curat ea quæ nihil sunt.

Et ratiocinari similiter ex promissionibus et exemplis

## DE RESVRRECT. MORTVORVM.

exemplis firmissime possumus, in quibus hic artius  
culus de æterna uita quasi inuolutus est, ut Deus  
promisit se seruaturum esse Abraham & alios  
sanctos, Ego sum protector tuus &c. At sancti  
in hac uita sunt afflictissimi & uidentur deserti,  
cum tamen uere curæ sint Deo. Ergo restat alia  
uita, & ingens gloria, qua glorificabuntur post  
hanc uitam, in quam intuentes cogitant omnes  
iniurias, arumnas, calamitates contemnendas  
esse, & nullo modo conferendas ad illud ingens  
præmium.

Item. In prima concione dicitur Genes 4.  
Si benefeceris recipies, si male cgeris, peccatum  
tuum quiescet donec reuclabitur. Ergo necesse  
est restare aliam uitam, in qua Abel recipiat præ-  
mium, sequitur & hoc, restare aliquod iudicium  
omnium peccatorum, atq; illorum etiam que in  
hac uita non sunt punita. Et huius uniuersalis iu-  
dicij exemplum est diluvium, Item, Sodomorum  
conflagratio & similes historiæ, qnod Deus haud  
dubic puniturus sit omnium peccata.

Item prima promissio Gene. 3. uaticinatur  
de abolendo regno diaboli, hoc est, de abolendo  
peccato & morte. Ergo natura hominis reno-  
uabitur.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

uabitur. Et Iacob uaticinatur de saluatore omnium gentium, quem intelligebant patres autorem fore non alicuius corporalis regni, sed iusticie et uitæ æternæ, uidebant Ecclesiam in hac uita futuram in reliquijs peccati & afflictionibus, sicut uiderant interfici Abel, Et Abraham iussus est filium tanquam hostiam mactare, In hoc typo satris intellexit illud scmen, quod promissum erat futuram esse hostiam.

Enoh et Elias uiui translati sunt ad Deum, ut Textus de Enoch clare dicit. Hæc facta certe sunt manifesta testimonia uitæ æternæ. Nam si extinguerentur, non essent apud Deum, uersari enim apud Deum, est uiuere quadam diuina uita apud Deum. Hæc igitur exempla plus ualent quam si promissio uerbis tantum sine exemplis proposita esset. Nec dubium est quin sancti patres copiose explicarint, cum promissiones tum hec exempla. Testantur & angelorum colloquia cum Abraham & ceteris patribus, aliam esse uitam. Et significant Angeli nos socios esse illius æterne uitæ in qua sunt ipsi, quia nos curant & defendunt &c.

In Numeris 23. dicit Balaam. Moriatur anima

## DE RESVRRECT. MORTVORVM.

*Anima mea morte iustorum, & fiant nouissima  
mea borum similia. Et 24. Videbo eum sed non  
modo, Intuebor eum sed non prope.*

## De afflictionibus seu de cruce toleranda.

**C**VM dictum sit Ecclesiam in hac uita subiectam esse cruci & afflictionibus, uisum est adiungere quedam de hoc loco. Prodest enim Ecclesiam hac de re diligenter instituere, ut in omni genere afflictionum habeamus in promptius pias & utiles consolationes. Sunt autem quatuor capita præcipua huius consolationis.

Primum statuendum est certo, nos nō affligi casu, sed aliquo consilio ac permisiōe Dei. Hæc enim prima in omnibus afflictionibus quæstio est humanae mentis. An bona & mala casu cunctant, an uero Deo gubernante eueniant. Et in communibus afflictionibus magna pars consolatiōnis est, posse statuere, quod aduersa non accidat tibi casu. Scimus enim Deo obediendum esse. Hic igitur certis testimonijs erigenda & confirmanda mens est contra Epicureas opiniones.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

nes. Hierc. cap. 3. threnorum, inquit. Quis est iste qui dixit, ut fieret Domino non iubente, Ex ore altissimi nec bona nec mala eridentur. Quid murmurat homo contra Deum. Huc pertinent omnes sententie de prouidentia. Matt. 10. Non cadet unus de passerculis istis super terram sine uoluntate Patris. Actuū 17. In ipso uiuimus, mouemur & sumus. Psalm. 99. Ipse fecit nos & non ipsi nos. Psalm. 93. Qui finxit oculum non uideret. Psalm. 52. Qui finxit sigillatum corda eorū, qui intelligit omnia opera eorū &c. Et Paulus cum ad Corinth. inquit. Cum iudicāmur a Domino, corripimur, testatur afflictiones non accidere casu, sed Dei consilio ac uoluntate. Et in cantico Anne<sup>1</sup>. Reg. 2. Dominus mortificat & uiuiscitat, deducit ad inferos & reducit.

Secundum caput consolationis. Non solum statuendum est, afflictiones Dei consilio accidere, sed etiam addendum est, quod Deus puniat, non ut perdat, sed ut uocet nos ad penitentiam, & exerceat fidem nostram. Ita afflictiones transformande sunt in signa misericordiae, & bona uoluntatis Dei. Haec consolatio precipua est. Nam in summis dolorib. agnoscimus nos diuinitus puniri

## DE AFFLI. SEV DE CRVCE TOLE.

puniri, sed hoc ipsum auget acerbitatem doloris,  
et adfert desperationem, nisi hanc consolatio-  
nem teneamus, quae docet de uoluntate Dei, quod  
puniat non ut perdat, sed ut reuocet nos ad poe-  
nitentiam, aut exerceat nos. Atq; ita interpre-  
tatur afflictiones Euangelium.

Sæpe igitur hanc consolationem scriptura  
inculcat. 1. Corinth. 11. Cum iudicamur a Do-  
mino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.  
Proverb. 3. Quem diligit Dominus corripit.  
Hebre. 12. Flagellat omnem filium quem recipit.  
Psalm. 118. Bonum mihi quod humiliasti me, ut  
discam iustificationes tuas. Apoca. 3. Ego quos  
diligo, castigo. Esaias. 28. Vexatio dat intelle-  
ctum. Item. Quem docebit scientiam? ablacta-  
tos a lacte, auulso ab uberibus. Esaias. 25. Do-  
mine in tribulatione uisitant te, Angustia in qua  
clament est eis disciplina. Naum. 1. Bonus est  
Dominus et confortans in tribulationibus, et  
agnoscit sperantes in se. Hierc. 31. Castigasti me  
Domine, et cruditus sum quasi iuuenculus indo-  
mitus, postquam conuertisti me, egi poenitenti-  
am etc. Item in Euangilio, Beati pauperes spiri-  
tu, Beati qui lugent etc. Lucæ 6. Væ uobis qui  
saturi estis. Item. Væ uobis qui nūc ridetis. Et in

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

summa, afflictiones sunt pars legis, quia sunt poenae additæ legi.

Sicut igitur Euangclium docet legem datae esse ut humiliet nos, ut queramus Christum. Ita docet & penas additas esse, non ut perdant, sed ut reuocent nos ad poenitentiam, ut scramus crucem. Pertinent igitur huc sentencie ille universales. Conclusit omnes sub peccatu, ut omnium miscreatur. Nam concludi sub peccatum, significat nos subiectos esse, non solum presentibus calamitatibus, sed condemnationi &c. Et tamen de hac summa afflictione docet Euangclium nos non perdi, sed admoneri, ut agnoscamus beneficium Christi etc. Eodem pertinet sentencia. Nolo mortem peccatoris &c.

Præterea de Ecclesia plurimum extat testimoniorum, quod oporteat eam exerceri, ut crescant in sanctis timor & fides & ceteri fructus spiritus &c. 1. Pet. 1. Oportet contristari uarijs temptationibus, ut probatio fidei uestræ auro purior fiat. 2. Corinth. 1. In nobis ipsis responsum mortis habuimus, ne confideremus nobis ipsis. 2. Corinth. 4. Etsi noster exterior homo corrumpitur, tamen interior renouatur quotidie &c. Rom. 5. Tribulatio patientiam efficit, patientia

## DE AFFLI. SE V DE CRVCE TOLE.

Patientia probationem, probatio spem et c. Iacob.  
bi. Omne gaudium existimare cum in uarias  
tentationes incideritis, scientes quod probatio fi-  
dei uestre parit patientiam. Gene. 22. de Abra-  
ham. Nunc cognoui quod timeas Deum. Consta-  
tuendum est igitur de fine seu utilitate afflictio-  
num, quod sint signa bona voluntatis Dei, seu  
Quod Deus sinat nos affligi, non ut perdat nos, sed  
ut reuocet ad poenitentiam, seu ut exerceat nos.  
Hec consolatio munit afflictos contra desperati-  
onem, & ostendit quid boni insit in afflictionibus.

Tertium caput consolationis. Natura ho-  
minis praesertim cum uidetur indigna pati, aut  
uimis duriter affligi, impatienter fert calamita-  
tem, fremit, indignatur, et irascitur iudicio Dei,  
quod uidetur iniquum. Quia cum impli & Ty-  
ranni uiuant in maximis opibus, ac uoluptatibus  
tranquilli, nos interim omnibus miserijs opprimi-  
mur. Aduersus hanc temptationem docendi sunt  
homines, ne indulgeant huic indignationi aut do-  
lori, sed quod haec indignatio seu impatientia sit  
peccatum, et quod Deus requirat obedientiam et,  
uelit hoc modo praesertim Ecclesiam exerceri.

Huc pertinent sententiae de afflictionibus

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

proprijs Ecclesie, quæ hanc obedientiā & singula-  
larem cultū requirunt. Hinc uero sumende sunt  
insignes consolationes. Prima, quod Deus hanc  
obedientiam Ecclesie præceperit. Deinde si afflic-  
tiones sunt cultus Dci, non est sentendum afflictio-  
nes esse signa iræ, aut ideo affligi nos, quia  
reijciamur, sed ut fiamus membra similia imagi-  
nis Christi. Item, ut præstemus cultum Deo debia-  
tum. Tertio, Cum Ecclesia præcipue affligatur,  
certe afflictiones non sunt signa iræ, quia Deus  
maxime diligit & liberabit Ecclesiam, sicut &  
Christum resuscitauit.

Causa autem cur Ecclesia præcipue affli-  
gatur hæc est, Regnum Christi erit noua & e-  
terna iusticia ac uita. Herent autem in corpore  
nostro reliquie peccati, Ideo hoc corpus aboleri  
uult, ac subiecit afflictionibus ac morti, ut posset  
noua & spirituali natura uestiamur & glorifi-  
cemur, quæ sine peccato & sine morte sit, Et  
uult interim exerceri fidem hac occasione. [Hoc  
docet Paulus Rom. 8. Corpus mortificatur pro-  
pter peccatum scilicet præsens in carne. Et Rom.  
6. Vetus noster homo simul crucifixus est, ut dea-  
struatur corpus peccati.

Humana

## DE AFFLI. SEV DE CRUCE TOLE.

Humana ratio exercetur hoc argumento.  
Iustis debet bene esse. Ecclesia est iusta, igitur  
Ecclesia non debebat affligi. Sed primum respon-  
dendum est ad minorem. Ecclesia est iusta impu-  
tatione, sed tamen adhuc habet peccatum in car-  
ne, ideo manent afflictiones et mors. Deinde ad  
maiorem respondendum est. Iustis debet bene esse,  
Hæc sententia est vox legis, quam interpretatur  
Euangelium, quod docet nos in hac uita propter  
peccatum hærens in corpore subiectos esse affli-  
tionibus, et tamen quia Ecclesia iusta est, libe-  
rabitur ab his afflictionibus et suo tempore re-  
cipiet præmia.

Nunc igitur addemus aliquas sentencias de  
Ecclesiæ afflictionibus. Primum exempla nobis  
Proponere debemus, Christi et totius Ecclesiæ  
ab initio mundi, Abel, Abraham, Isaac, populi  
Israel in Aegypto, Prophetarum et Apostolo-  
rum et c. Hæc exempla nos admoneant et eri-  
gant, Si est Ecclesia, necesse est similem fieri cor-  
poris Christi. Quare necesse est existere perse-  
cutiones et Ecclesiam affligi. Ideo non franga-  
mur animis, cum uersari nos in magnis periculis  
et ærumnis cogitabimus, sed meminerimus hanc

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

esse propriam Ecclesiæ speciem. Intueamur in Christum crucifixum, in Abel, in Prophetas, in Apostolos imperfectos &c.

Dicit igitur Paulus Rom. 8. Oportet nos fieri similes imaginis filij Dei. Petrus. Iudicium a domo Dei incipit. Item. Ne miremini in afflictione uestra, quæ fit ad uos explorandos, sed gaudete tanquam communicantes afflictionibus Christi. Et Christus inquit. Qui uult me sequi, tollat crucem suam &c. 2. Timo. 3. Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo, persecutionem pati entur. Et Paulus inquit, Apostolos haberet a mundo pro catharmatis, Id est, piaculis, hoc extremum & atrocissimum est maledictorum omnium quæ cogitari possunt. Psalm. 125. Qui seminant in lachrymis in exultatione metent &c. Item Psalm. 171. Castigans castigauit me Dominus & morti non tradidit me. Hic de afflictione & de liberatione cōcionatur. Et 115. Preciosa in con spectu Domini mors sanctorum eius.

Sed suauissima consolatio in illis sententijs proponitur, quæ testantur afflictiones sacrificia esse. Nam sacrificia significant quiddam Dco proprie

## DE AFFLI. SEV DE CRUCE TOLE.

Proprie dicatum, ut per id honore afficiatur, &  
quod Deo præcipue gratum est. Psalm. 50. Sa-  
crificium Deo spiritus tribulatus, Cor contritum  
& humiliatum Deus non despicies. Roma. 12.  
Præbete corpora uestra uictimas & rationalem  
cultum &c.

Ergo & requirit Deus hanc obedientiam,  
& ualde approbat tanquam uerum & sumnum  
cultum. Non igitur rejecit afflictos. Non est in-  
dignandum, quasi nos deseruerit, sed bona colli-  
genda sunt, quæ secum habent afflictiones, ut hæc  
obedientiam æquo animo præstare posimus. Si-  
cut Petrus inquit. Gaudete tanquam communi-  
cantes afflictionibus Christi &c. Primum obedi-  
entia ipsa bona est. Deus enim præcipit ut pati-  
enter obediamus, Iuxta illud Pauli, In tribulati-  
one patientes. Item, Nolite murmurare &c.  
Secundo, Finis bonus est, quod afflictiones exer-  
cent nos aut reuocant ad pœnitentiam. Tertio,  
Est et alias finis longe præstantior, quod afflicti-  
ones fiunt cultus & sacrificia, nihil enim hono-  
rificentius dici potest de ullo opere, quam quod  
sit sacrificium. Fiunt autem sacrificia cum uo-  
luntatem Dei intuemur, uidelicet, cum ideo per-

LOCI COMMV. PHILI. MELANTH.

ferimus, ut Deo obediamus. Item. cum credimus  
eas propter Christum placere. Et loquimur de  
afflictionibus, non quas ipsi sponte accersimus,  
sed quae accidunt præter nostram electionem aut  
uoluntatem, sive natura, sive hominum scuicia.  
Nam naturæ incommoda etiam sunt poene additæ  
legi & fiunt uoluntate Dei. Ideo Petrus diserte  
dixit, patientes secundum uoluntatem Dei. illa  
uero ethnica persuasio abiicienda est, quæ fingit  
afflictiones sponte accersitas sacrificia esse, et qui-  
dem sine fide, sicut sacerdotes Baal lacerabant  
cutem suam gladiis &c.

Cum igitur in tolerandis afflictionibus, non  
solum obedientia requiratur, sed etiam ita requi-  
ratur ne irascamur & indignemur, sed uolentes  
& equo animo obediamus Deo, aduersus hanc  
indignationem & impatientiam opponere debe-  
mus præcepta quæ recensui, & sentencias quæ  
testantur uoluntatem Dei esse, ut præcipue Eccles-  
ia exerceatur &c. Sunt & opponenda com-  
moda afflictionum de quibus dixi.

Sed addendum est quartum caput consola-  
tionis, quod maxime prodest nosse, ac præcipue  
levat illam indignationem. Non solum illa supe-  
riora

## DE AFFLI. SEV DE CRUCE TOLE.

riora capita tenenda sunt, quod afflictiones non accidunt casu, quod non sint signa iræ, quod indignatio sit peccatum, quod Deus requirat obedientiam &c. Sed etiam addi oportet fidem & invocationem. Tenenda est igitur fides, quod Deus nobis affuturus sit, & opem latus, et pro sua sapientia aliquando liberatus, hac fide invocandus est. Est enim & hic finis afflictionum, uidelicet, ut habeamus occasionem exercendæ fidei & invocationis & liberatio seu confirmatio testetur Deum adesse, & nos Deo curæ esse etc.

Ita noticia Dei per hanc occasionem fit illu-  
strior & crescit in nobis, sicut docet insigne ex-  
emplum Manasse 2. Paralip. 33. Qui postquam  
afflictus est oravit Dominum, & Deus exaudiuit  
orationem eius, & agnouit Manasse, quod Do-  
minus Deus est. Et Psalm. 49. Eripiam te &  
honorificabis me, Id est, magis me agnosces,  
predicabis &c. Psalm. 68. Videant pauperes  
et letetur, quia exaudiuit pauperes Dominus etc.  
Exempla liberationis testantur Deum nobis ad-  
esse. Et est suauissima sententia 2. Corinth 1, Vbi  
Paulus iubet multos orare, ut rursus pro dato  
beneficio multi agant gratias Deo, uidelicet, ut

x v misericor

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

misericordia & noticia Dei fiat illustrior.

Hic igitur duo nobis proponamus precepta & promissiones, precepta iubent petere & expectare auxilium, ut, Inuoca me in die tribulationis &c. Et Psalm. 4. Sacrificate sacrificium iusticie & sperate in Domino. Item Christus, Petete & accipietis &c. Luke 18. iubet semper orare, & 1. Thessa. ult. Semper orate. Et Philippen. 4. Ne sitis solliciti, sed in omni oratione & precatione, cum gratiarum actione petitiones vestre notæ fiant apud Deum. Et Psalm. 54. Iusta super Dominum curam tuam, & ipse te enuntiat &c. Huiusmodi precepta excitare nos ad invocationem debent, Deinde et promissiones consideremus, ut Ioan. 16. Quicquid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Et Matth 7. Si uos qui mali estis &c. Et in Psalmis innumerabiles sunt promissiones. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Inuoca me in die tribulationis & eripiam te, et tu honorificabis me.

Atq; hæc sunt uera Christianorum exercititia, intelligere publica & priuata pericula, & fide animum erigere & petere a Deo, ut gubernet Ecclesiam, & liberet eam ab impietate ac scandalis,

## DE AFFLI. SEV DE CRUCE TOLE.

Scandalis, defendat rem pub. det pacem, fruges, uictum, regat mores populi, ut Deus glorificeatur &c. His exercitijs debebat fides crescere, que in ocio & uoluptatibus extinguitur. Cuns enim animi non assuefiunt, ut a Deo bona petant, obrepit opinio quod casu ita ferantur omnia sine ope diuina, Ideo scriptura docet in secundis reb. homines fieri cæcos & impios, quia amittunt occasiones petendi auxiliū a Deo, sicut dicit Moyses. Sedit populus manducans & bibens, & surrexit ad ludendum. Et Deut. 32. Incrassatus est & recalcitrauit. Et Oscas. Ceperunt principes furere uino &c. Nunquam desunt pericula, sed homines ebrii presenti tranquillitate non intelligunt ea, Ideo consideranda sunt, ut fidem & invocationem exerceamus &c.

Atq; hæc quatuor capita consolatiōis quam uim habeant usu discendum est. Nam scriptura non frustra tam diligenter has consolations nobis inculcat, & uult nos ipsis uti, & testatur efficaces esse, Cumq; hos locos nobis proponimus uera patientia præstari potest. Nam ea deum est uera patientia, non solum obedire in afflictionibus, sed etiam indignationem infirmæ naturæ

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

naturæ uincere, aut certe repugnare.

Porro quām pulchra uirtus hec sit et quām necessaria præsentim Christianis diligenter considerare debemus. Quantam laudem mercatur humano iudicio æquabilitas animi in aduersis rebus, docent non solum libri Philosophorum, sed etiam publica bonorum uirorum iudicia. Docet enim homines ipsa ratio maxime conuenire naturæ moderationem dolorum, & non frangi animis aut per moueri, ut uel contra iusticiam faciamus, uel discedamus ab illa mediocritate, quæ decet in natura. Hinc sunt ille fortium & magnorum uirorum uoces.

Quicquid erit superanda omnis fortuna ferendo est.

Et illud.

Fortiaq; aduersis opponite pectora rebus. Et Aristoteles inquit in aduersis rebus uirtutem, maxime lucere, sicut ille in Tragoedia inquit. Tamen per ipsas lucet ærumnas decus. Et Cicerone ex Tragoedia dicit, fortunam ab animo magno tanquam fluctus a saxo frangi cōsertere.

Sed multo pulchrior uirtus est Christiana patientia, id intelligi potest si opposita uicia conseruantur.

## DE AFFLI. SEV DE CRVCE TOLE.

ferantur, impatientia enim irascitur Deo, & primum obedientiam, deinde etiam fidem ex animis expellit. Nam iratus animus existimat se negligi a Deo, & imaginatur se frustra petere & expectare auxilium a Deo. Itaque in magnis afflictionibus multi fiunt prorsus blasphemi, & querunt consilia contra mandatum Dei, sicut Saul consuluit ueneficam. Talia peccata gignit impatientia contra primam tabulam. Deinde aduersus homines dolor iniuriæ gignit odium, incitat ad vindictam, qua ex re saepe existunt non solum priuatae dissensiones, sed etiam seditiones & publici motus, sicut Coriolanu[m] dolor iniuriæ per pulit ad bellum patriæ inferendum. Quanto honestius fecit Scipio, qui ingenti animo despexit latrantes tribunos, cessit etiam inuidiæ, & se consultit in rus, ne praesens magis inflammaret odium, Atqui facile poterat se armis defendere contra iniuriam, sed condonauit priuatas iniurias rei pub. Melior igitur ciuis fuit quam postea Marius & alij multi, qui priuatas iniurias cum perniciē publica ulti sunt. Athenis Thrasibulus recuperata patria sanxit & uox sap, hoc est, ut Respub. pacata esset constituit, ne uictores ciues res peterent sua bona, a uictis ciuibus. Magna hæc & salu-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Or salutaris illi urbi moderatio fuit. At Marius  
rediens Romam interfecit omnes Principes di-  
uersæ factiōis, tantum mali parit impotentia ani-  
mi. Item, Multi sibi ipsis mortem cōsciscunt. Sed  
cogitemus quantum in Ecclesia periculi sit, cum  
ingenia uchementia irritata doctoribus ulciscun-  
tur priuatum dolorem publice motis tragœdijs  
contra doctores. Ex talibus odijs sāpe extiterunt  
hæreses. Necessaria est igitur patientia primum  
coram Deo, ut obedientiam et fidem retineamus.  
Deinde propter tranquillitatem Ecclesie & rei  
pub. postremo propter priuatam tranquillitatem,  
Ideo toties præcipit Spiritus sanctus de patien-  
tia, Ad Colossem. inquit Paulus. Pax Dei guber-  
net corda uestra, pax Dei, Id est, patientia qua  
Deo statuit obediendum esse & expectat auxiliū  
a Deo, Ideoq; non tumultuatur, non molitur uin-  
dictam, nō mouet sediciones aut bella ciuilia, etc.  
Apud Esaiam. In silencio & spe erit fortitudo  
uestra, Id est, Deus operis fert patientibus, qui ab  
ipso auxilium expectant, nec omisso Deo fremūt  
& mouent cœlum & terram, confugiunt ad  
prohibita auxilia, Idem docet Psalmus, Irascimi-  
ni & nolite peccare. Assuefaciamus igitur ani-  
mos, & discamus tolerare aduersa, ut exerceas-  
mus obedi-

## DE AFFLI. SEV DE CRUCE TOLE.

mus obedientiam & fidem, maximeq; tum reprimamus animi motus, cū iniuria lacesſiti incendi-  
mus cupiditate vindictæ, Hæc uirtus necessaria  
est in Ecclesia & repub. priuatum dolorem con-  
donare tranquillitati publicæ, ne in Ecclesia di-  
scordiæ excitentur propter priuatas similitates.  
Ita instituamus animos, ut ducat satius esse omnia  
supplicia & omnes cruciatus perpeti, quām pro-  
pter priuatam iniuriam perturbare publicam  
tranquillitatem. Sed hæc tota Philosophia ignota  
est Principibus & doctoribus, qui priuatis affe-  
ctibus publicas discordias incendant. Praeclare  
Ulysses qui cum admoneretur, ne iret in urbem,  
ne ibi percuteretur inquit.

δυ γρ τι θληγέωπα δοκίμων, οὐδὲ Εολάων, <sup>τοῦτο πάλαι μεταβολήν</sup>  
Sic assuefaciendi sunt animi, ut perpeti pla-<sup>μεταβολήν της</sup>  
gas & disimulare iniurias possint. Et cogitan-  
dum illud.

Perfer et obdura, dolor hic tibi proderit olim.

## De oratione.

O RATIONIS uocabulo uulgo utimur &  
pro iuocatione, & pro gratiarum acti-  
one. Sunt igitur duæ species constitutæ,  
Inuocatio

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Inuocatio & gratiarum actio. Inuocatio est petere aliquid a Deo, Gratiarum actio est, pro beneficijs agere gratias Deo, agnoscere quod divinitus contigerit auxilium &c. celebrare et predicare Deum autorem beneficij, Has species semper coniungit scriptura ut Psalm. 49. Inuoca me & honorificabis me &c. Item Philippen. 4. Non sitis solliciti, sed in omni preicatione & petitione cum gratiarum actione postulationes vestrae innotescant apud Deum. Dicamus autem primum de inuocatione seu preicatione seu petitioe. Precepsus res quatuor in precatioe requirendae sunt, præceptum, promissio, fides, & res petenda.

Primum intuenda sunt præcepta que iubent inuocare Deum, dicamus igitur initio, non solum esse peccata cædem, surta, adulteria, sed etiam peccatum esse non reddere Deo hunc cultum in uocationis, non petere, non expectare a Deo auxilium in periculis, non agere gratias pro beneficijs &c. Opponamus igitur præceptum & in credulitati nostræ & indignitati, quia naturaliter dubitant homines utrum Deo cure sint, utrum a Deo exaudiantur. Ideo desperabundi omittunt inuocationem, cum animus cogitat se nihil proficer inuocare

## DE ORATIONE.

cere inuocando, sicut ille apud Virg. inquit. **F**at  
mamq; fouemus inanem. He tenebrae in animis et  
hic stupor facit, ne confugiant homines ad Deum,  
Ideo opponi debet præceptum Dei & cogitandum.  
Ecce necesse est obtemperare præcepto Dei,  
Ipse iussit se inuocari, & non frustra iussit, haud  
dubic audit obtemperantes, & non obtemperan-  
tes puniet, non est præcepti autoritas detrectan-  
da. Deinde præceptum etiam indignitati oppo-  
nendum est. Animus non prorsus impius ita co-  
gitat. Eisi existimo a Deo exaudiri aliquos, ta-  
men meas preces non accipiet, sentio me indignū  
esse qui exaudiar, ita deterret indignitas a pre-  
cando. Sed opponendum est præceptum. Deus  
requirit hunc cultum ab omnibus. Quæ esset a-  
mentia in cæteris præceptis disputare, nos ideo  
nolle abstinere a furtis, a cæde, quia non sumus  
digni qui Deo obtemperemus. Si quis Paterfami-  
lias imperet seruo legitimum opus, non recipiet  
serui excusationem, si is dicat se non esse dignum  
qui obtemperet. Diligenter igitur inculcanda est  
animis præcepti autoritas, ut sciamus non esse  
liberum nobis precari aut non precari, sed ne-  
cessarium opus esse. Deinde cum obstrupit indi-  
gnitas, cogitemus non esse detrectandam auto-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

ritatem mandati diuini propter nostram indignitatem, parere debemus, non debemus cludere mandatum disputatione nostræ dignitatis uel dignitatis. Ita primum excitet nos ad precandæ autoritas diuini mandati, Et ad hunc usum colligamus nobis aliquot locos in quibus præcipitur nobis ut precemur, Matt. 7. Petite et dabitur uobis &c. et est addita uniuersalis. Omnis qui petit accipit. Lucæ 18. Oportet semper orare et non defatigari. Matth. 26. Vigilate & orate, ne intratis in temptationem. 1. Timo. 2. Adhortor ut faciatis deprecationes &c. 1. Thessa. 5. Semper gaudete, incessanter orate, in omnibus gratias agite, haec est enim uoluntas Dei in Christo Iesu erga uos. Psal. 49. Inuoca me in die tribulationis & eripiam te. Dixi de præcepto, pertinente autem hæ sententia ad secundum præceptum de caligi. Estq; inuocatio opus secundi præcepti & præcipiūs cultus.

Secundo. Consideranda est promissio quæ testatur exaudiri preces & efficaces esse. Est autem sœpe repetita in scripturis, ut Ioannis. 16. Amen amen dico uobis, Quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Lucæ 11. Quando magis pater uester qui in coelis est, dabit spiritum san-

## DE ORATIONE.

tum sanctū potentibus se, Psal. 49. Inuoca me et  
cripam te et c. Ingens bonitas est, quod et pro-  
missionibus et preceptis nos invitat ad inuocan-  
dum. Si ad hanc liberalitatem conferamus corda  
nostra, compericimus ea plus quam ferrea esse,  
quod neq; preceptis obtemperent, neq; moucan-  
tur magnitudine promissionum, sed stupore quo-  
dam teneantur, nec conentur, nec ausint Deum  
inuocare. Praeclare dixit Taulerus, Animū ho-  
minis nunquam tam audum esse posse ad accipi-  
endum, quin Deus multo audiōr sit ad dandum.  
Est enim uerax et seruans promissionum suarū.

Tertium igitur addi oportet, scilicet, fidem,  
hac fides primum tenere debet consolationem de  
iustificatione, statim enim in precatione obstre-  
pit nobis indignitas nostra, interpellat nos senten-  
tia, Peccatores Deus non exaudit. Ideo primum  
tenenda est consolatio de iustificatione. Si agimus  
poenitentiam et credimus nobis ignosci, statuen-  
dum est certo nos placere Deo propter Christum,  
etiamsi haerent in nobis adhuc aliqui morbi. Ideo  
Christus inquit, Quicquid petieritis in nomine  
meo. Q. d. non potestis afferre uestram digni-  
tatem ad patrem, sed opus est uobis intercessore

vij et pon-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

et pontifice. Ideo ad me confugite, et statuite  
uos certo placere, uos exaudiri propter intercessio-  
nem et pontificem Christum, cogitemus Christo  
factas esse promissiones, cumq; haud dubie exau-  
diri. Hac est uera et firma consolatio contra  
indignitatem nostram. Idq; optime seruat Eccles-  
ia in ueteribus precibus, in quibus semper addit  
per Christum Dominum nostrum.

Quare in omni preicatione primum affe-  
ramus hanc fidem, uidelicet de remissione peccat-  
orum, seu de iustificatione, et credamus preces  
placere propter Christum. Deinde addenda est  
etiam fides, que expectet promissa. Tunc autem  
fides sine ulla conditione expectet promissum, et  
sentiatur nobis id nominatum tribui, cum Deus uo-  
luntatem suam expressit, et præcepit ut nomina-  
tim credamus nobis id dari quod pollicitus est, ut  
cum petimus remissionem peccatorum, liberatio-  
nem ab impietate, a morte æterna. Hic sine co-  
ditione fides specialis, et sine dubitatione sentiat  
nobis tribui haec beneficia, quia Deus præcepit ut  
credamus haec nobis contingere sicut iure iuran-  
do affirmat. Viuo ego, nolo mortem peccatoris.  
Nec opus est hic disputatione de prædestinatione,  
habemus

## DE ORATIONE.

habemus enim mandatum, ut promissionibus crea-  
damus, nec nos de uoluntate Dei iudicare debe-  
mus contra promissiones, nec querere uolunta-  
tem Dei extra uerbum uel sine uerbo. Dictum  
autem est supra promissiones esse uniuersales.

In corporalibus periculis ubi afflictio est ob-  
edientia quædam sciendum est utrumq; et quod  
requirat Deus obedientiam, et tamen uelit opis-  
tulari. Itaq; generalem fidem semper afferre  
debemus, quam sic uoco, quæ credit nobis remitti  
peccata, et nostras preces propter Christum au-  
diri, et placere Deo, nec esse irritas, sed uel li-  
berationem ex præsenti periculo, uel mitigationem,  
uel alia quædam bona impetrare. Atq; hæc  
fides generalis, manet certa, et reddit corda  
pacata.

Sed specialis fides quæ petit liberationem ex  
præsenti periculo nominatim, paulo aliter se ha-  
bet. Hæc enim in corporalibus periculis ita ex-  
pectat liberationem, ut addat conditioem, si Deo  
non displicet, si Deus iudicat cōducere. Ita simul  
coniungi debet in hoc casu, uoluntas parata ad  
obedientiam, et quædam expectatio liberationis,  
sed cum illa conditione. Ita David et redditum  
2 iij expectat,

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

expectat, et tamen animo est ad obedientiam pa-  
rato. 2. Regum 15. Si inuenero gratiam in ocu-  
lis Domini, reducet me. Sin autem dixerit mihi,  
non places, præsto sum. Faciat quod bonum ui-  
detur ipsi. Et leprosus. Si uis, potes me mundare.  
Et Christus inquit. Pater si possibile est, transeat  
a me calix iste, sed non quod ego uolo &c. Et  
Paulus inquit. Nescimus quid petamus, quemad-  
modum oportet. Hoc est, caro quidem oppressa  
magnitudine afflictionum petit liberationem, &  
reformidat obedientiam. Sed spiritus reuocat a-  
nimum ad obedientiam, & quamuis petat & ex-  
pectet liberationem, tamen non repugnat uolu-  
tati Dei, sed uult liberari cum Dco placebit.

Sed sunt alia quedam exempla, quæ singu-  
lares motus fidci habent, sicut Samaritanæ aut  
Centuriones, qui non disputant, utrum uelit Chris-  
tus, sed ingenti impetu petunt, & expectant.  
Tales sunt illi motus. Si dixeritis monti huic, pro-  
iiciare in mare &c. Hos motus inquit Lutherus  
singulares esse, de quibus nihil possit præcipi in  
docendo. Satis est præcipere, quod fides debeat in  
genere statuere, sine conditione, quod Dco pla-  
ccant nostræ preces propter Christum, & hand  
dubie

## DE ORATIONE.

dubie aliquid boni impetrant. Specialis autem fides que petit liberationem ex certo periculo nominatim, addat conditionem, si Deo placeat.

Nec hec conditio impedit, quo minus nominatim petamus. Imo Deus uult in talibus occasionibus exerceri iuocationem et fidem. Hec præcipua causa est, cur sancti affligantur, ut cum consolationem in periculis experiuntur, agnoscant præsentiam et bonitatem Dei. Vterque affectus excitandus est, uoluntas obtemperandi, Nam hec uoluntas est uera abnegatio sui. Est et fides erigenda, que expectet liberationem nominatim. Etsi enim conditio addenda est, tamen non est indulendum diffidere. Sed sic fides, seu expectatio qualis esse in hoc genere potest, ut enim uoluntas obediendi non pugnat cum fide, sic conditio illa non impedit iuocationem, seu petitionem et expectationem auxilij. Christus inquit ad Centurionem Sicut credidisti, fiat tibi. Et iubet Archisynagogum credere, filiam reuicturam esse et cetera. Hec exempla nobis proposita sunt, ut nos quoque magna cum fiducia petamus, ut in his exercitijs crescat fides. Manet interim tamen uoluntas obtemperandi, Ideo et conditionem addimus, si Deo placeat

## LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

placeat, et neq; modū liberatiōis, neq; tempus Deo  
præscribere debemus, sed quēadmodū Pau. inquit,  
Deū facere supra quā petere aut intelligere pos-  
sumus, ita sciamus Deum gubernaturū esse euen-  
tus & negocia mirabili modo. Nam ideo etiam  
sic excentur sancti, ut discant Deum uelle, ne  
pendeamus a nostris consilijs, sed ca tantum aga-  
mus que uocatio postulat, & in his pendeamus ab  
auxilio Dei, sic reguntur sancti Abraham, Iacob,  
Moises, David. Sic uult Deus nos de Ecclesia sen-  
tire, quod Deus canit mirabili consilio gubernet,  
Et David inquit, Mirificat Deus sanctum suum,  
id est, non humanis, sed mirabilibus consilijs libe-  
rat & seruat eum. Et I. Corinθ. 10. Faciet cū  
tentatione cuentum.

Est & aliud fidei certamen in oratione cū  
differuntur ea quae petimus, non languescat fides  
quasi Deus nolit audire nostras preces, sed scia-  
mus hac mora exerceri fidem, sicut cum Abrahe  
promissa esset posteritas, primum in extrema se-  
necta datur ei soboles. Ideo Paulus iubet nō cessar-  
re orando. Q. d. Etiamsi non statim impetas,  
tamen non desinas petere. Idem docet egregia si-  
militudine Christus Luc. 18. de iudice & uidua.  
Quarto,

## DE ORATIONE.

Quarto, Requiritur in oratione res petenda. Nam oratio non debet esse inanis Bartolomeus multoq[ue] min  
yix. Ideo enim cultus Dei est, quia ibi profitea  
mur nos a Deo respici, Deum non esse ociosum,  
sed autorem esse et datorem honorum. Quare  
aliquid a Deo peti oportet, aut pro munere aliquo  
gratiae agendae sunt. Sic enim uult agnosci Deus,  
quod tegat nos inter haec pericula, Et in cantico  
dicitur, Esurientes implet bonis. Et Christus, in=  
quit, Petite, querite, pulsate et c. Sciendum est  
autem quod scriptura iubet utraq[ue] petere, spiri=  
talia et corporalia beneficia, nec est imagina=  
tio obiscienda imperitis, quasi corporalia indigna  
sint que petantur. Imo discamus haec quoq[ue] Dei  
beneficia esse, uult Deus in his petendis exerceri  
fidem et invocationem.

Proponamus igitur nobis priuata pericula  
et priuatas necessitates spiritus et corporis.  
Petrus inquit, Diabolum circuire insidiantem no=  
bis uelut leonem rugientem et c. Sunt autem in=  
sidiæ uarij generis, præcipue omnium animos in=  
finitis occasionibus flectit ad malas et impias o=  
piniones, inserit et ipse cogitationes pernicioseas,  
detinet animos dementatos falsis persuasionibus.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Deinde incitat ad flagicia, hereses, seditiones, cædes, libidines &c. & ex his coniicit in uarias calamitates. Hostem habemus & potentem & acerrimum, cum nos simus non solum imbecilles sed etiam mirum in modum ignavi & oscitantes. Iam considerentur infinitæ corporales hominum calamitates, infiniti casus, inopia, morbi, exilia, neces &c. Sed non solum priuatis periculis affici debemus, sed multo magis publicis, Idco scriptura præcipit orari pro Ecclesia, ut liberetur ab impietate, a scandalis, ut plures obedient Euangelio & saluentur. Item 1. Timo. 2. iubet peti ut regibus & rebus pub. Deus concedat pacem & fœlicem ac piam administrationem, conseruat onem disciplinæ & bonorum morum. Item iubet peti uitium & cætera bona corporis, atq; hec omnia complectitur dominica oratio.

Pater noster qui es in celis, Id est, Qui uere ades ubiq; exaudis & respicis nos &c. Sanctificetur nomen tuum. Id est, Effice ut uere agnoscaris, ut uera doceantur, per quæ gloria tua uere patet, ut te recte inuocent & colant homines, Ita prima petitio orat de gloria Dei, hoc est, de doctrina & Ecclesiæ profectu. Nos

men enim

DE ORATIONE.

men enim significat noticiam.

I Adueniat regnum tuum. Id est, Rege nos spiritu sancto, ut verbo tuo credamus, Inchoa in nobis Regnum tuum, ut siamus heredes regni tui. Loquitur igitur secunda petitio de effectu Evangelij & de gubernatione nostri.

III Fiat uoluntas tua. Id est, Da ut omnes tibi obedient in terra, da ut pastores, reges, magistratus, doctores, subditi suum officium faciant, et omnes obedient tibi, ac uiuant in tali uite genere quod tibi placeat, sicut angeli in cœlo obediunt et placent tibi. Ita haec tres petitiones complectuntur omnia spiritualia publica & priuata, que ad gloriam Dei & nostram salutem pertinent. Deinde sequitur petitio rerum corporalium.

III Da panem quotidianum. Id est, uictum, pacem, defensionem, successum in rebus gerendis, liberorum educationem, deniq; omnia uite comoda.

V Dimitte nobis debita nostra. Hæc petitio docet semper in omni precatione fidem adhibendam esse, quæ credat remissionem & apprehendat Christum.

LOCI COMMV. PHILI. MELANTH.

dat Christum mediatorem & interpellatorem, ut  
sciamus nos accedere ad patrem per hunc pontia-  
ficem & propter eum exaudiri. Estq; egregia  
confessio in hoc loco qua agnoscit Ecclesia se ha-  
bere peccatum, est & consolatio. Quia n. Chris-  
tus iubet petere remissionem, haud dubie eam do-  
nabit. Et quidem additum est Sacramentum. Si-  
c ut nos remittimus. Non enim dicit propter no-  
stram cōdonationem remitti, sed nostra cōdonat-  
tio est signum quo admoniti statuere debemus &  
nobis a Deo ignosci.

VI Ne nos inducas in temptationem, id est, Ne  
simas nos induci in temptationem, defende nos con-  
tra Diaboli insidias ne pertrahamur ad impicta-  
tem, ad peccata &c.

VII Libera nos a malo. Petition generalis est,  
quæ petit liberationem ex omnibus peccatis &  
calamitatibus totius uitæ. Et in summa petit ut li-  
beremur ex miserijs & ærumnis præsentis uitæ,  
ut donetur nobis uita & iusticia eterna.

¶ Docet igitur Dominica precatio, quæ res  
spirituales & corporales petendæ sint priuate,  
publicæ,

## DE ORATIONE.

publicæ, præsentes & futuræ. Cumq; hanc pre-  
cationem recitamus, ipsa magnitudo periculorū  
& beneficiorum exuscitet nos, ut serio oremus, et  
semper includamus suis locis ea quæ in præsentia  
angunt animos. Hæc sunt exercicia Christianæ  
utilia ad confirmandam fidem, hunc cultum Deus  
præcipue requirit. Itaq; Zacharias aptissime  
complexus est summam beneficiorum Christi &  
ueros cultus. Effundam super domum David spi-  
ritum gratiæ & precum. Spiritus gratiæ est,  
quo agnoscimus Deum placatum esse, & nos ui-  
ciissim Deo placemus. Ita primū describitur gra-  
tia & iustificatio. Deinde ueri cultus describun-  
tur. Nam spiritus precum est quo iam reconcili-  
ati præstamus summum cultum, ueram inuocati-  
onem, gratiarum actionem, confessionem &c.  
Sicut autem hactenus de petitione diximus, ita  
meminimus et gratiarum actionem semper ad-  
dendam esse. Plurima enim ingentia beneficia  
etiam ignorantibus conferuntur, infinitis pericu-  
lis opprimeremur nisi diuinitus custodiremur.  
Ideo Paulus inquit, In omnibus gratias agite. Et  
ad Corinth. cum iubet multos pro se ipso orare,  
ut multi agant gratias pro ipso seruato, signifi-  
cat hunc cultum maxime exercendum esse.

DB

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

De Magistratibus ciuilibus & dignitate rerum politicarum.

**P**LVRIMVM prodest in Ecclesia extare ueram & firmam doctrinam de Magistratib. et dignitate rerum ciuilium. Saepc. n. exorti sunt fanatici spiritus, qui negarunt Christianis licere Magistratus gerere, exercere iudicia, tenere imperia, deniq; interdixerunt Christianis omnia officia ciuilis uitæ, rerum dominia, contractus, damnauerunt & leges politicas, quibus nunc respub. utitur. Et haec delyramenta no solum pererunt seditiones, sed etiam obscurauerunt Euangelium, offuderunt enim caliginem animis, quasi Christiana iusticia ac uita sit externa ac noua quædam barbarica politia dissimilis, alijs potius humaniter constitutis. Ita confuderunt discrimen uitæ spiritualis & politicæ.

Aduersus huiusmodi errores municiendi sunt animi, & uera doctrina de discrimine spiritualis & politicæ uitæ tenenda, & dignitas rerum politicarum illustranda est. Id prodest ad pietatem & ad publicam tranquillitatem, magna est enim consolatio pijs intelligere quod Dco placeat hæc ciuilis

## DE MAGIS. CIVI. ET DIGNI. RERUM PVB.

civilis uita, quod sit donum Dei, quod Deus præcepit ut suæ uocationi etiam in uita ciuili quisq; obtumperet, quod omnia officia uitæ ciuili, regere respub. exercere iudicia, bella gerere, militare, Magistratibus obtemperare, coniugium, tenere proprium, laboribus & legitimis contraria quærere & tueri rem familiarem, ornare artes uiles uitæ, recte decere iuuentutem, & similia sunt in pjs ucri cultus Dei. Magnum item vinculum pacis est, scire, quod Deus præcepit, ut præsentibus Magistratibus obtumperemus, ne eripiamus imperia præsentibus Magistratibus, quod Deus postulet, ut uitam ciuilem magno studio conseruemus & ornemus. Itaq; diligenter hominibus inculcandæ sunt laudes uitæ politicæ, & præsertim prima ætas magna cura & arte assuefienda est, ut discat ualde reuarenter sentire de Magistratibus, legibus & omnibus rebus politicis, hæc reuarentia & recipub. utilis est, & nutrix est maximarum uirtutum.

Celsus, Julianus & pleriq; alij criminantur Euangeliū, quod cum prohibeat uindictam, disipet respub. tollat iura belli, iudicia, poenas, confirmet latrocinia, concedat licentiam & impunitatem

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH

nitatem omnium scelerum, Et hac criminacione  
mirum in modum deformarunt Euangclium. Te-  
nere igitur Christianos oportet, quid de dignita-  
te ciuilium rerum sentiendum sit, & ut libarent  
Euangelium hac iniustissima & uenenatissima  
calumnia, & ut suas conscientias de officijs ciui-  
libus recte instituant. Monachi non uolunt uideri  
prositus dammare ciuilem uitam, sed tamen ob-  
scuranter eius dignitatem, cum fingunt Euangeli-  
cam perfectionem esse, non tenere proprium, non  
uersari in negocijs ciuibus &c. His somniis  
multorum cncientias perturbauerunt. Ideo cō-  
tra huiusmodi errores munienda mens est aliquot  
regulis, quarum prima haec est.

Evangclium docet de quadam spirituali &  
eterna iusticia in corde, nec abolet interim in ui-  
ta corporali oeconomiam aut politiam, sed docet  
& oeconomiam et omnes politias ratione consis-  
tutas, bonas ordinationes Dei esse, & dona Dei  
necessaria in hac uita corporali, & præcipit ut  
haec dona Dei conseruemus & ornemus, & in his  
occasioneibus fidem & dilectionem exercemamus.  
Sicut igitur nihil pugnat cum Euangclio archi-  
tectonica aut Musica. Ita nihil pugnat politia eis  
Evangclio,

## DE MAGIS. CIVI. ET DIGNI. RERVM.

Euan gelio. Sicut enim architectonica uersatur in fabricandis ædificijs ad tegendum corpus. ita politia architectatur discrimina possessionum, negotiorum corporalium, contractuum, pœnarum, gradus personarum ad conseruationem societatis externe, quæ uitæ corporali necessaria est.

Secunda Regula est. Opera uite œconomiae & politicæ, quæ quisq; pro sua uocatioe facit, sunt bona opera & in pijs sunt ueri cultus Dei, sunt enim opera a Deo præcepta. Ideo Prophetæ sœpe conferunt hæc opera cum sacrificijs, ita ut alias longe anterant opera politica sacrificijs, alias sacrificia humanarum traditionum prorsus damnent. Talis est collatio Esaiæ 1. De sacrificijs inquit. Quis requirit hæc de manib. uestris etc. Sed de politicis operibus, Quærите iudiciū, subuenite oppresso, descendite uiduam, & addit ingentia præmia. Si peccata uestra fuerint sicut coccinum, uelut nix dealbabuntur. Et Zacharie 7. Iudicium uerum iudicate &c. Et apud Oseam Misericordiam uolo non sacrificium, De œconomicis officijs est egregia uox Pauli. Mulier salvatur per filiorum generationem, si manserit in fide &c. Hic tanto honore ornat officia coniu-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

galia, ut dicat propter ea fideles saluari, coniungit enim fidem & opera uocationis, sicut constat utramq; iusticiam necessariam esse. Docet igitur Paulus hic opera uocationis, coniugij, iusticiam quandam & cultū Dei esse, cui Deus reddit premia. Sic Petrus de obedientia erga Magistratus concionatur. Obedite omni humanae ordinationi, Et addit, propter Dominum. Item. Hęc est uoluntas Dei. Placent igitur hęc officia Deo. Et Paulus inquit, Necesse est obediere, nō solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Docet ergo hanc obedientiam iudicari a Deo &c. Hi loci & similes satis perficie testantur, omnia officia politica esse bona opera, & in pijs cultius Dei.

Hanc regulam tenere pij contra hypocristarum opiniones debent, qui mirantur & laudant monastica opera, & e regione uel dominant uel certe deformant politicam uitam, & perturbant conscientias eorum, qui in hac ciuili uita uersantur.

Omnino peculiaris quedam et digna Christiano sapientia est, intelligere dignitatem huius communis & ciuilis uite, & hęc officia longe anteferre monasticis operibus. Primum, Quia

habent

## DE MAGIS. CIVI. ET DIGNI. RERUM.

habent mandatum Dei, et uocationem. Secundo,  
Quia sunt officia charitatis, sunt enim destinata  
ad cōmunem utilitatem hominum. Tertio, Quia  
sunt obnoxia periculis communibus & cruci,  
Ideo habent exercitia fidei. E contra monasticæ  
ceremoniæ non habent mandatum Dei aut uoca-  
tionem, quare sunt inutiles cultus, iuxta illud.  
Frustra colunt me mandatis hominum &c. De-  
inde qui non docent, non iuuant alios, sed fruun-  
tur suauissimo ocio. Postremo nullam sustinent  
partem communū periculorum. Ideo longe ana-  
teferenda est hæc communis seu ciuilis uita mo-  
nasticis ceremonijs. Hæc diligenter inculcanda  
sunt animis, ut suam quisq; uocationem discat in-  
telligere, & sciat eam placere Deo, & propter  
gloriam Dei studeat eam ornare, nec querat aut  
suspiciat alia opera, quæ uidentur magis specio-  
sa, sicut alioqui homines naturaliter mirantur  
hypocrism & peculiares ceremonias.

Tertia Regula, Christianis licet Magistra-  
tus & imperia tenere, iudicia exercere, poenas  
constituere iuxta præsentes leges & mores, le-  
gitima bella gerere, militare, contrahere, emere,  
uendere, proprium tenere, accusare & respon-  
dere in

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

dere in iudicio, agere propriam uel alienam causam etc. Hęc ciuilia officia omnia fanatici spiritus interdicunt Christianis. Primum, Quia non intelligunt Christianam iusticiam esse spiritualem, sed fingunt eam esse quandam nouam externam & barbaricam politiam. Deinde nō norunt prae sentem politiam ordinationem et opus Dei esse, sed iudicant esse quandam iniustam vim tantum ortam ab hominum ambitione & cupiditatibus, sicut et Manichaei quondam damnabant res politicas, quos longa disputatione preclare refellit Ireneus. Ita in una re fanatici spiritus duplicititer errant. Transformant iusticiam spiritualem in externam politiam. Deinde res politicas iudicant esse iniustam vim.

Quia autem supra ostendimus, quid sit Regnum Christi, seu quod iusticia Christiana sit spiritualis, dicemus hic tantum de posteriore loco. Est igitur fundamentum harum regularum quas tradidimus, quod Magistratus seu politia seu imperia sint bona creatura Dei, & res non solum permisæ a Deo, sed approbatæ uerbo Dei, & institutæ a Deo, que & opere aliquo Dei ordinatæ sunt, & a Deo conseruantur, sicut opere Dei ordinati sunt.

## DE MAGIS. CIVI. ET DIGNI. RER VMP.

dinati sunt motus cœlestes & a Deo conseruan-  
tur. Hæc est sententia Pauli Rom. 13. cum inquit.  
Potestates quæ sunt a Deo ordinatæ sunt. Item,  
Qui resistit potestati, Dei ordinatiōi resistit, Item,  
Dei minister est. Idem sepc alias docet scriptura.  
Daniel clare inquit. Deus transfert regna &  
constituit. Psalm. inquit, Ego dixi Di⁹ estis, Id est,  
gerentes officium ordinatum & mandatū a Deo.  
2. Paral. 20. Non hominis exercetis iudicium  
sed Domini. Et sapientia apud Solomonem inquit,  
Per me reges regnant. Et proverb. 16. Libra &  
pondus iudicia Domini sunt.

Hæ sentencie omnes testantur Magistratus  
& politicas ordinationes non sic a Deo esse, sicut  
permitti mala dicuntur, sed docent positiue res  
esse, quas Deus aliquo suo opere efficaciter  
& instituit & conseruat et uerbo approbat. Sunt  
igitur bona creaturæ Dei, sicut fruges, uinum ctc.  
Et Deus non solum sic iudicandus est autor esse  
imperiorum, quia est conditor humanæ rationis,  
& dedit ei lumen quo discernit iusta & iniusta  
& res politicas ordinat. Quanquam enim hæc  
non est reprehendenda ratio, tamen addendum  
est, quod Deus uere suo aliquo opere moueat &  
gubernet

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

gubernet mentes Magistratum in ferendis iustis  
legibus & necessarijs rebus gerendis, & impe-  
ria conseruit in mundo. Nam humana ratio mul-  
to imbecillior est, quam ut posset conseruare res  
politicas contra tantam Diaboli potentiam, qui  
dissipare imperia conatur. Item, contra infinitas  
hominum cupiditates nisi retinerentur auxilia  
Dei. ideo Daniel diserte ait. Constituit imperia,  
Id est, Facit ut consistant, ut durent, ut conser-  
uentur &c. Et Psal. Nisi custodierit Dominus  
ciuitatem &c.

Hæc igitur est insignis & magna laus rerum  
politicarum, quod uere sint opera & beneficia  
Dei, Idq; & scripturæ quas recitauit testantur, et  
multa signa ostendunt. Constat enim homicidas  
etiam dum elabi conantur, tamen diuinitus re-  
trahi ad supplicia, & rariissime effugere, sicut  
Ecclesiast. inquit cap. 8. Impius non potest euia-  
dere in bello &c. Tyranni quanquam potentia  
sua uidentur esse tuti, tamen diuinitus rapiuntur  
ad poenam, adeo ut constet rariissimos fuisse, qui  
non dederint poenas. Idem sit in alijs insignibus  
flagicijs. Deus enim in mundo ciuilem iusticiam  
conseruat. Ita ut regulariter puniat in hac uita  
cos qui

DE MAGIS. CIVI. ET DIGNI. RERUMP.

eos qui ciuilem iusticiam uolant, sicut regulariter alias in hyeme, alias in aestate tempestates efficit. Quamuis igitur in tempestatibus aliquid extra regulam interdum secus facit et arcano consilio differt poenas et praemia, tamen Regula noscenda est, quod Deus sit conscruator iusticie ciuilis in mundo, ut semper timeant poenas iniusti, nec existiment se poenam euasuros esse, etiam si uiderint unum atque alterum euasisse. Quia Regula anteferenda est raris exemplis.

In hanc sententiam grauiissime respondet Isocrates, his qui propter pauca exempla sferant se impunitatem habituros esse suorum scelerum. Et si inquit, haec non semper accidunt, tamen plerumque hic solet exitus esse. Cum autem futurum semper sit incertum, prudentis est spectare illud potius quod saepius conductit. Et cum intelligas iusticiam Deo magis placere, stultissimum fuerit existimare in deteriore fortuna iustos futuros esse quam iniustos.

Verba eius sunt haec in oratione de pace.

+ hec et si nos  
omnibus sic so  
dat aspernos, et  
nam et plenim  
ad gressu finit

**LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.**

τὸν τρόπον, ὅπερ εἴ τινα φαίνεται τὸν τρόπον. Χρὶ ἡ τοὺς ἐν φρόνῳ γάδερον πονητὰς νοῦντας, ἐπειδὴ τὸ μέλλονταί συνοίστερον καθιερώνεται, γινόμενον τὸν θορυβόν, τὸ πολλάκις ὀφελοῦν τοῦτο φάνηται, παντούς γινόμενον τοῦτο περιέχειν τὸν τρόπον τηνατούσιν τοῦτον πεπονισμένους. πάντωρ δὲ ἀλογών τε καὶ λιονταρίων τοῦτον τοῦτον τοῦτον πεπονισμένους. πάντωρ δὲ ἀλογών τε καὶ λιονταρίων τοῦτον τοῦτον τοῦτον πεπονισμένους. πάντωρ δὲ ἀλογών τε καὶ λιονταρίων τοῦτον τοῦτον τοῦτον πεπονισμένους.

Tertio signum manifestum est, in imperijs praesentiae Dei, quod nulla imperia constitui aut teneri possunt sine heroicis uiris, quorum uirtus & fortuna sine ulla dubitatione sunt admirabilia opera Dei, Idq; semper uiderunt sapientes uiri in repub. sicut Plato &c legibus inquit. Quemadmodum boues non a bobus, nec caprae a capris reguntur, sed a præstantiore natura, uidelicet, a nobis. Sic natura humana infirmior est quam ut se ipsam regere possit, quare Deus præfecit ciuitatibus non homines, sed præstantius & diuinius quoddam genus, heroas uidelicet, qui pacem, pudorem, libertatem, iusticiam conseruent. Et addit, Verum est dictum ubi non Deus, sed mortalis aliquis dominatur, ibi malorum & ærminiarum nullum

qui nob̄ sumus in gratiis omnium et cum aliis vestimentis quin  
conventis, non bene Bobus, non caput vestrum sed  
nob̄ dominum nostrum, qui vestrum illud gratias sumus. Similiter etiam ista

## DE MAGIS. CIVI. ET DIGNI. RERUM PVB.

qui est bonum a  
nullum esse effugium.

Verba Platonis haec sunt. διορ νῦν ἡμέρας γενόνται μηδέ τίς μη  
δύωμεν τοῖς ποιηταῖς ηγέρησσιν μεριτοῖς τοῖς μηδέ τίς μη  
ἀγέλαι, διὸ Βούτης θεός, διὸ δέ αἴ γαρ διαγώνιος τοῖς μηδέ τίς μη  
χοντας ποιούμενος αὐτοῖς τινας, ἀλλὰ ἡμέρας γενόνται μηδέ τίς μη  
ἀντῶν δέσποζομένος ἀμφορεύειν τοῖς μηδέ τίς μη  
ταυτὸν ἀρχαὶ ηγέρησσιν θεός διὸ Καί φιλάνθρωπος Θεός  
διὸ τοῖς μηδέ τίς μηδέ τίς μηδέ τίς μηδέ τίς μηδέ τίς μη  
διὸ τοῖς μηδέ τίς μηδέ τίς μηδέ τίς μηδέ τίς μηδέ τίς μη  
μόνων διὸ διὰ πολλῆς μεντοῖς φασώντων διὸ τοῖς μηδέ τίς μη  
πολλῆς δέκατης, επιμελουμένοις διὸ τοῖς μηδέ τίς μη  
νίντε Καί μέντος, ἐλευθερίας, καὶ αὐθονίας δικαιοσύνης γενέσαι  
παρεχόμενοι, αἰσαστιασαὶ ηγέρεις ευδαιμονία. Ταῦτα  
τοῖς αὐθερπώμενοις απειργάζετο γένη. λέγει δὲ  
καὶ νῦν διὰ τοῦτο λόγος ἀληθείας χρώμενος  
διεστραμμένην πολεμεῖν μὴ θεός, ἀλλὰ τοῖς ἀρχαῖς  
θυητοῖς, διὸ κακῶν αὐτοῖς, διὸ πολεμεῖν  
αναφυέται.

Docet & Psalmus Reges diuinitus iuuari,  
Psalm. 143. Qui dat salutem regibus. Testatur  
igitur causa efficiens, quod Magistratus non sit  
peccatum seu res damnata. Est enim ordinatio  
facta a Deo, quare necesse est, esse bonam creatu-  
ram, sicut ordinatio hyemis, estatis, uitæ & ani-  
mantium. Deinde accepit & approbatio diuina

EOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.  
per uerbum, sicut testantur loci supra recitati.

Tertio idem probant caussa formalis & finalis. Paulus nominat caussam formalem cum inquit. Est ordinatio Dei, Item, est minister Dei. Nam latrocinium non est res ordinata, hoc est, non sequitur certam iusticie regulam, sed est confusio, et bonis maxime nocet. Præterea latrocinium non est ministerium Dei, quare Magistratus non est latrocinium, sed res bona Deo placens. Caussa finalis est defensio honorum, ut boni in pace possint honeste & pie uiuere. Sic inquit Paul. 1. Timo. 2. Has igitur res efficere & tueri debent Magistratus. Primum ut sit pax bonis. Deinde non satis est pacem efficeri, sed addenda sunt duæ res, quæ sunt fines pacis seu propter quas expetenda est pax, uidelicet, disciplina ac pietas, Id est, Magistratus curare debent, ut pace bene utantur homines non ad luxum, libidines, & cætera uitia, sed regendi sunt mores legibus & disciplina. Item instituendi sunt homines ad pietatem & agnitionem Dei. Hi fines testantur Magistratum esse beneficium Dei. Nam latrocinium non est destinatum ad bonos fines. Dissipat honestos mores et religionem, non conseruat etc.

Postremo

## DE MAGIS. CIVI. ET DIGNI. RERVM PVB.

Postremo idem docet & mandatum, quo  
iubemur orare pro Magistratib. uidelicet, ut cō=  
seruentur imperia. Non est autem orandum pro  
latrocinijs ut cōseruentur etc. Hę ratiōes omnes  
ualde ornant Magistratus & confirmant consci=   
entias, ut intelligant Magistratum esse officium  
diuinitus ordinatū, & cuius administratio Chri=   
stianis licita sit. Cum enim sit res bona, licet te=   
nere sicut alias bonas Dei creaturas, cibum, po=   
tum &c. Aut sicut alias artes exercere licet,  
medicinam, architectonicam &c. Ideo & scri=   
ptura numerat reges inter pios in Ecclesia Chri=   
sti. Psalm. 101. In conueniendo populos in unum  
& reges ut seruiant Domino. Et Psalm. 46.  
Principes populorum congregantur cum Deo  
Abraham. Et Ioan. inquit. Contenti estote sti=   
pendijs uestris. Approbat igitur officium ipsum.  
Præterea manifestū est Christianis licere uti le=   
ge. Est autem Magistratus pars legis quicmad=   
modum inquit Paulus. Lex est bona legitime u=   
tenti &c. Item Euangelium approbat uitam cor=   
poralem. Simul igitur approbat politiam, sine  
qua impossibile est retineri uitam corporalem.  
Et exempla testantur sanctis licere Magistratus  
gerere, Centuriones in ekangeliō & in Actis fu=   
erunt

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

erunt milites, Ioseph, Daniel, gesserunt imperia  
inter Ethnicos.

Quod uero obisciuntur loci ex Euanglio  
qui prohibent uindictam, sciendum est in omnibus  
illis locis tantum prohiberi priuatam uindictam,  
hoc est, eam quae non exercetur a Magistratu  
aut mandato Magistratus. Sed publica uindicta  
non est prohibita, Paulus enim uocat eam mini-  
sterium Dei, & pertinet ad hanc sententiam.  
Mibi uindictam. Nam publica uindicta quae le-  
gitime exercetur a Magistratu, fit mandato Dei.  
Itaq; Euangeliū firmissime munit publicam tran-  
quillitatem, cum & Magistratui præcipit ut uin-  
dictam exerceat, hoc est, ut legibus, poenis, gla-  
dio, bellis coerceat, depellat, puniat iniustos. E-  
contra uero præcipit priuatis, ne priuatum exer-  
ceant uindictam, hoc est, ne arma capiant sinc  
imperio Magistratus, ne seditiones moueant &c.

Obicitur & hoc quod sæpe imperia rapi-  
ant & tencant improbi, quod multum sit uiciorū  
in imperijs, inde argumentantur fanatici spiritus,  
imperia non esse ordinationes Dei. Sed respon-  
sendum est, hoc modo. Discerni debent persona  
ab ipsis

DE MAGIS. CIVI. ET DIGNI. RERVM PVB.

ab ipsis rebus seu ordinatione. Ordinatio, id est,  
conseruatio ciuilis iusticie, & politicus status est  
opus Dei, etiam si personæ abutuntur ordinati-  
one &c. Sed hæc & pleraq; alia quæ hic dispu-  
tantur copiose tractauit in Romanis.

Quarta Regula. Euangelium non consti-  
tuit nouam corporalem politiam, sed iubet nos  
præsentibus Magistratibus ac legibus obtempera-  
re, iubet præsentes politias conseruare & orna-  
re. Ita in genere docet, quod politiæ sint res licite  
& beneficia diuina. Iubet Magistratus diligen-  
ter suum officium facere, iubet subditos obedire  
& quidem propter conscientiam. Docet in gene-  
re quales debent leges esse, uidelicet, ut habe-  
ant honorem bonis operibus, & prohibeant mala  
opera. Iam quæ sint bona, quæ sint mala opera  
iudicat ratio naturalis seu Lex naturæ & Ma-  
gistratus.

Intelligent igitur Euangelii doctores suum  
munus, ac doccent de iusticia spirituali, non uoci-  
ferentur contra politicas ordinationes, nō ferant  
nouas leges de rerum possessione, de tributis, de  
poenis delictorum, de contractibus &c. Sed do-  
ceant præsentem politiam, præsentes leges con-  
seruandas

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Seruandas esse, quia Euangelium prohibet seditiones. Et Paulus inquit. Omnis anima potestatio que praest, hoc est, presenti potestati obediat. Et cum ait Magistratum esse ordinationem diuinam, complectitur omnes partes politici status. Ac sicut approbat presentes Magistratus, Ita presentes leges, iudicia, poenas, militiam, dominiorum distinctionem approbat. Et quia iubet non solum obedire sed etiam honorem habere Magistratui, meminimus assuaciendos esse animos, ut honorificentissime sentiant de omnibus rebus politicis, hoc est, intelligent omnes partes politici status, leges, iudicia contractus &c. esse beneficia Dei, & studeant ornare eas & conseruare, & oreant Deum, ut has tantas res necessarias ad uitam corporalem conseruet, fugiant & oderint τολυπαγμοσιων, qua priuati obliti sue uocatiois irrumunt in publica negocia &c. Quaedam ingenia non sunt natura idonea ad tranquillitatem uel propter curiositatem, uel quia sunt natura turbulentia, tyramica, sedicosa. Sed non solum ab hominum ingenij, uerum multo magis a diabolo periculum est rebus pub. qui cum sit homicida, sedicionibus ac cædibus delectatur & studet efficere ἄκαταστια. Ac præcipue ut deformet

## DE MAGIS. CIVI. ET DIGNI. RERVM PVB.

deformet Euangelium, incitat imperitos ut prætextu religionis dissipent res politicas. Debemus autem ex naturæ uicia corriger, & intelligere ac cauere diaboli insidias. Hæc monere priores debent, & ueris laudibus dignitatem rerum ciuilium ornare, & propter publicam pacem, & propter Euangelij gloriam, & ut singulorum conscientie intelligant Deo placere hoc ciuale genus uitæ. Insaniebat igitur Monetarius, cum uolebat restituere Mosaicam politiam, cum negabat fures ultimo supplicio afficiendos esse, cum uolebat res iudicari ex legibus Moysi. Nam Euangelium non iubet gentes, recipere politiā Moysi, sed approbat præsentes Magistratus, Quare et leges eorum approbat, ac potestatem dat legum condendarum. Sunt igitur puniendi fures legibus præsentium Magistratum, Sunt res iudicandæ ex præsentibus legibus.

Quinta Regula, Euangelium adeo seuerre præcipit de obedientia, ut doceat, peccatum esse mortale, nō obedire mandatis Magistratuū. Ideo Paulus inquit. Necesse est obedire, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Primum docet esse necessarium opus. Deinde ut hæc ne-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

hæc necessitas intelligatur de conscientia, nō tantum  
tum de pœnis ciuilibus, addit, non tantum pro-  
pter iram, id est, non tantum propter peñam cor-  
poralē qua Magistratus afficit eos qui nō obtene-  
perant, sed propter conscientiam, hoc est, Ita est  
necessaria obedientia, ut in his qui non obediunt,  
rea fiat cōscientia corā Deo. Sunt alij similes loci  
multi in scripturis, sed quia hæc vox Pauli ma-  
xime perspicua est, ideo non addam hic plura te-  
stimonia. Tantum admonebo Christianos lecto-  
res, ut considerent, quam grauer muniat do-  
ctrina Euangelica autoritatem imperiorum, cum  
tam seuere de obedientia præcipit. Deinde studi-  
um obedientie manus in nobis esse debet, cum in-  
telligimus haud dubie poenas Deo datus eos  
qui non obediunt, ut maxime putent se Magistra-  
tu[m] iracundiam clusuros esse. Deinde Paulus  
non solum de externis officijs, seu obedientia ex-  
terna concionatur, sed etiam de animi iudicio ac  
voluntate. Id uero præceptum plenum est cum  
politice tum Christianæ sapientie. Primum enim  
maxime expedit reipub. imbui animos honorifi-  
centissima opinione de imperijs, de legibus, de a-  
more patriæ, hoc est, de obedientia, sicut sepe  
docent et prophani scriptores. Sed horum sen-  
tentias

## DE MAGIST. CIVI. ET DIGNI. RER VMP.

tentias nunc omitto. Pauli dictum tantum consideremus. quod grauiissimam continet doctrinam, iubet enim Magistratus honore affici. Est autem honor, nō tantum externa significatio reverentiæ, sed uerius animi iudicium & uoluntas, uidelicet, primum, agnoscere Magistratus a Deo ordinatos esse, & Deum per eos ingentia beneficia imperare hominibus. Postea etiam hæc beneficia intellegere, pacem, totam politicam societatem, leges coniugiorum, iudicia, contractus, disciplinam. Nihil n. pulchrius, nihil melius habet hæc corporalis natura, quam politicū ordinem, & hos cœtus hominū iusticia, modestia & ceteris uirtutibus consociatos. Deinde propter Deum timere ac diligere Magistratus, & sentire, quod pro his beneficijs & Deo & magistratibus gratitudinem debeamus. Hoc animi iudicium est uerus honor, qui debetur magistratibus. Postremo addendus est & hic honor, precari, uidelicet, pro magistratibus petere, ut Deus pacem concedat rebus pub. & conseruat religionem & disciplinam, seruet bonos Principes, & gubernet eorum mentes ad gloriam Dei & salutem pub. Neq; enim inter tot diaboli infidias, in tanta hominū malitia, res pub. possent consistere, nisi diuina ope cōseruantur.

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Diabolus enim est homicida, & conatur respub.  
perturbare & dissipare, Ideo iubet Paulus pre-  
cari pro magistratibus ad Timotheum. Qui libri  
Philosophorū, de his honoribus loquuntur? Nul-  
le profecto literē magis ornant Magistratus, quā  
Christianā doctrinā. Sed hæ tante res iacent ob-  
rute in epiſtolis opinionibus, quas Monachi in Eccle-  
ſiam ſparſerunt. Quare admonendi ſunt boni,  
ut diligenter has laudes magistratum & rerum  
politicarum colligant, ut ſeipſos ad obedientiam  
aſſueſciant, & maiore ſtudio precentur Deum  
pro repub. & pro Principibus.

Preterea Paulus requirit cetera officia cor-  
poralia, uidelicet tributa & uctigalia. Non n.  
poſſunt defendi aut regi reſpub. ſine magnis sum-  
ptibus, ſine preſidijs, ſine prudentiibus gubernato-  
ribus. Quare cum ſit opus ſtipendijs, & ciuina  
laboribus, precipit Paulus, ut etiam debita officia  
corporalia preſtent, tributa, uidelicet, & militiæ  
laborē. Et grauiſſime de poena docet, diuinitus  
puniri eos, qui non obtemperant, quia peccatum  
mortale ſit, non obedire magistratibus. Sed cum  
Magistratus precipiunt, ut ſubditi agant aliquid  
cōtra mandata Dei, debent ſubditi potius obedire

Dco

DE MAGIST. CIVI. ET DIGNI. RER VMP.

Deo quam hominibus, ut docet historia Danielis  
tertio. Addam & sextam regulam.

Non est nostri instituti, complecti uniuersam doctrinam de reb. civilibus. Extant n. Phis-  
losophorū & Iurisconsultorum libri, qui, quam-  
uis res est infinita, tamen multa collegerunt p̄cepta,  
utilia his, qui regunt respub. Ego paucā  
quædam hic attigi generalia, maxime necessaria  
omnium conscientijs. Et quoniam de obedientia  
ciuium dixi, adjiccam unum p̄ceptum de officio  
magistratum. Non est infinita potestas. Regū  
aut Principum, Primum enim nihil debent cōtra  
Ius diuinum & Ius naturæ mandare aut agere.  
Deinde peccant etiam, quando aliquid imperant  
contra leges sui regni, seu contra formam iuri im-  
perij, ut non licuit Achab, eripere uineam ciui  
Naboth contra ipsius uoluntatem. Leges n. Isra-  
eliticæ distinxerant dominia & concedebant li-  
bertatem & res proprias ciuibus. ita leges, quib.  
nos utimur discernunt libertatem & seruitutem,  
concedunt liberis proprietatem & dominia rerū  
priuatarum. Quare ciues propriæ sunt domini  
terum suarum, nec licet Principibus ex fortunis  
eorum rapere pro libidine quantum uolunt. Ideo

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Ioannes inquit, Contenti estote stipendijs uestris,  
neminem concutiatis, neq; calumniemini. Locus  
igitur de iure regni in historia Samuelis, non co-  
cedit infinitam licentiam Principibus, sed de sti-  
pendijs loquitur, hoc est, concedit sumi ad usus  
publicos stipendia ex priuatorum fortunis. Sed  
nolo hæc persequi longius, illud addendum est.  
Magistratum custodem esse, non solum secundæ  
tabulæ, sed etiam primæ tabulæ, quod attinet ad  
externam disciplinam. Hoc est, Ad magistratum  
pertinet non solum cura tuendæ tranquillitatis  
ciuium, seu depellendi iniurias corporum et for-  
tunarum, sed etiam discipline in religione rei=  
uendæ. Etsi enim poenæ corporales non efficiunt  
in animis pietatem, tamen Magistratus prohibe-  
re debet discipline causa, externas contumelias  
religionis, manifestam idolatriam, blasphemias,  
impia dogmata, periuria. Sicut uidemus in omni-  
bus rebus pub. mediocriter constitutis, scueris ex-  
emplis punitas esse uiolationes religionū & per-  
iuria. Et probat hanc sententiam ipse decalogus,  
Non uane usurpabis nomen Dei. Et David inquit,  
Et nunc Reges intelligite, eruditimi qui iudicatis  
terram, Seruite Domino &c. Proverbiorum. 25.  
Aufer impietatem de uultu Regis, et firmabitur  
iusticia

## DE MAGIST. CIVI. ET DIGNI. RERVMP.

iusticia thronus eius. Et 1. Regū 2. Glorificantes  
me glorificabo, & contemnentes me, reddam cō-  
temptos. Et ne sumam ab Israclitico Rege exem-  
plum, Nabogdonosor & Darius Medus apud  
Danielem proponunt edicta, in quibus uerant dici  
blasphemiam contra Deum populi Israel. Postre-  
mo Paulus inquit, Lex est posita impys, prophā-  
nis, hoc est, ut cohercet homines, ne facta impia  
ac sacrilega designent.

Cum autem Magistratus sit custos legis ac  
disciplinae, profecto maxime hanc partem tueri  
debet, de externa reuerentia erga Deum, quod  
hæc pars maxime ad disciplinam pertinet, sicut  
constat omnium gentium legibus puniri periuris.  
Deinde hoc consideret sapiens Magistratus unum  
hunc principalem finem esse, quare ad societatem  
cōditi sunt homines, ut uidelicet, innotescat Deus  
ac glorificetur. Homo enim ideo conditus est, ut  
in eo illucescat Deus, & per eum patefiat. Ne-  
cessaria igitur fuit societas, in qua alij docerent  
alios de Deo. Ad hanc Philosophiam præcipue  
condita est humana natura, ideo tot uincula sunt  
societas, procreatio, educatio, uitæ defensio  
habent opus societate. Ita necessitas ipsa coniun-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

git ex consociat homines, quam ob causam? ut  
sicut homo conditus est, ut in eo illucescat Deus,  
ita in societate doceantur alii de Deo. Ac pro-  
pterea, quia ad tantum opus, ad tantum finem  
destinata est societas, ideo legibus & ordine ita  
constituta est, nihil ut ea pulchrius cogitari pos-  
sit. Constat autem magistratu[m] custodem esse huma-  
næ societatis. Debet igitur finem societatis pre-  
cipuum etiam tueri. Et si uere uolumus iudicare  
huius pulcherrimi operis inter homines antistes et  
*Indomini regnum non profectu[m]*  
*de regno d[omi]ni* Ius esse debet, ut optima disciplina ho-  
mines ad religionem assuefiant, ut Deus glorifi-  
cerur. Hic finis precipue sapienti gubernatori  
repub. propositus esse debet, Ita uere erunt bea-  
te respub. Deus enim uicissim defendet eas, omni-  
bus bonis cumulabit, sicut dixit, Glorificantes  
me glorificabo. Debent igitur Magistratus pro-  
hibere impios cultus & impiorum dogmatu[m] pro-  
fessionem, debent punire hereticos, sed uiderint,  
ut recte iudicent, nec fiant ministri alienæ crude-  
litatis aut impietatis. Periuinet autem cognitio do-  
ctrine ad Ecclesiam, hoc est, ad pios & recte do-  
ctos. Estq[ue] Ecclesiæ membrum ipse etiam Magis-  
tratus, quem decet suis oculis maxime uidere.  
In hanc sententiam extant uetus Canones de sy-  
nodis &

## DE MAGIST. CIVI. ET DIGNI. RER VMP.

nodis et de cognitione doctrinæ. Deus ornat Reges honore nominis sui. Ego dixi dii estis, uidelicet, ut sciant sui officii esse, ut res diuinæ intelligant & conseruent in mundo religionem, iusticiam, pacem, disciplinam. Hæc cōmunia præcepta de rebus ciuilib. & magistratibus recensui, quorum cognitio omnib. piis necessaria est.

Iam ad alios artifices pertinet præcepta tradere, de singulis partibus gubernationis reipub. Euangclium amplificat dignitatem rerum ciuiliū, ut reverentiam alat erga Magistratus & totum ordinem politicum, et admonet nos, ut Deo gratiam habeamus pro tantis beneficiis. Ad hæc in genere docet et Magistratus & subditos de suo officio, ut prohibeat & tyrannidem & seditiones. Iam cū ornantur res politicæ, sciendum est ad eas pertinere leges, artes, literas et doctrinam, quare docendi sunt homines, ut de his quoq; honorifice sentiant, sciant esse dona Dei necessaria ad leges retinendas, ad conseruandum & enarrandum Euangclium, deniq; ad infinitas utilitates. De contractib. etiam sciendum est, sicut aliis politicis rebus, ita & contractib. uti licet. Non n. potest carere hæc uita contractibus. Et uidcant

Aa iiiij Euange-

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

Euangelii doctores, ne approbatos cōtractus te-  
mere aut sediciose damnent. Tradidi autem alias  
hanc regulam, illas formas contractuum appro-  
bandas esse, quas approbant ipse leges ac Magis-  
tratus, hoc est, quas iuris consultus sapiens &  
equus approbat.

De politia Ecclesiastica.

**S**ICVT autem laudavi politiam mundanam,  
& dixi assuefaciendos esse animos, ut de ea  
reuerenter sentiant, eamq; ament, & ornare ac  
conseruare omni officiū generē studeant, ita &  
politiam Ecclesiasticam ex animo & summa pie-  
tate amare ac uenerari debemus. Duæ autem  
sunt partes politie Ecclesiastice. Altera est mi-  
nisterium diuinitus ordinatum, Altera est utræ-  
xiæ, constituta Ecclesie autoritate. De ministe-  
rio diuinitus ordinato dixi supra. Ad id pertinet  
hæc, quod Ecclesia habet mandatum uocandi seu  
ordinandi ministros, qui publice doceant Euan-  
gelium, & administrent Sacra menta, qui annun-  
ciant remissionem peccatorum singulis aut mul-  
tis. Item, quod Ecclesia habet iurisdictionem, ut  
a cōmunione arceat eos, qui in manifestis flagi-  
ciis uera-

## DE POLITICA ECCLESIASTICA.

cis uersantur, Constat autem et ministerium pub-  
diuinitus ordinatum esse, ut Euangelium in ter-  
ris conseretur, & per Euangelium nobis exhibi-  
beri aeterna bona, iusticiam, Spiritum sanctum  
& uitam aeternam, sicut & Paulus inquit, Euan-  
geliū est potentia Dei ad salutem omni credenti.  
Et ut hoc ministerium conseruemus celestis uox  
imperat de Christo, Hic est filius meus dilectus,  
hunc audite. Quare omnes homines summa pie-  
tate uenerari hoc ministerium debent, & dare  
operam, ut conseretur & ornetur. Psalmus in-  
quit, Aperi portas Principes uestras, & intro-  
ibit Rex glorie, Precepit omnibus gentibus, atq;  
hominib. ut ministerium Euangeliū admittant &  
conseruent, quod eis maxima pars hominum le-  
uiter curat, uel etiam contemnit, tamen docendi  
sunt pīj, Deum nullum officium magis rcquirere,  
quam huius ministerij conseruationem. Hoc mar-  
garitum est, quod uenditis omnibus reb. compas-  
rare nobis debenuis.

Conseruanda est autem & altera pars, ui-  
belicet, Euāgeliā necessaria Ecclesiae ad disci-  
plinam & tranquillitatem, Quia cum ministe-  
rium diuinitus ordinatum, debeat esse publicū &  
Ad v extēnum,

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

externū, opus est aliquibus humanis ordinationib.  
Has, quia seruiunt ministerio diuinitus instituto,  
et profundunt ad disciplinam et tranquillitatem, etiā  
debemus amare et conseruare. Et quoniam per  
inde uos Ecclesia, ut aliud fœtum continet ac fo-  
uet, sepe .n. hac similitudine Prophetæ utuntur,  
hæc ipsa pictura multis de rebus nos admonet.  
Aliud uelut Ecclesia est, uene undiq; in aliud  
deductæ sunt, quarum orificia, ut amplecti fœtū  
possint, sunt uelut polypi cotyloidones. Fœtum  
autem pellicula circūdat, quæ Xōpiop uocatur,  
quam amplectuntur cotyloidones, ut retineri fœ-  
tus in utero possit, Et fibræ ex umbilico ortæ per  
chorion ad uenarum orificia tendunt, quæ attrah-  
bunt sanguinem ex uenis, quo fœtus alitur. Ac  
primum quidem ex coagulato sanguine fit epa-,  
et ex semine, uena cava in epate, deinde cor ex  
calidiore sanguine, et spiritus uitalis, et ex se-  
mine arteriæ, deinde ex præstantissima seminis  
parte cerebrum, ac nerui, Ex sanguine, qui at-  
trahitur caro.

Cum igitur uenæ alant fœtum, imago sunt  
ministerij diuinitas ordinati. Nam Euangelio re-  
generantur et alantur pii, Chorion significat po-  
litiam

## DE POLITICA ECCLESIASTICA.

litsam Ecclesiasticam, seu εὐταξίαν ab Ecclesia institutam. Etsi enim nascentes nihil sumimus ab hac pellicula, tamen haec alio & cotyldonibus alligat foetum & retinet, ne efficiatur. Ac rupto chorio foetus, neq; ali, neq; manere in alio potest. Ita ordinationes humanæ dierum, locorum, & similes, eis non sunt haec quidem pietas, tamen vincula sunt, que adiungunt nos ministris Euangelii, per has ordinationes, uelut cotulae, amplectuntur nos doctores. Habet suum quisq; gem, Tenemus certa loca, tempora audiendi Euangelii, His vinculis ruptis dissipatur ac dilaceratur Ecclesia, nec ali amplius potest, non enim attingunt alumni uenias, quibus nutriuntur, hoc est, no sunt certi, rite uocati doctores, nulla autoritas est docentium, nulla auditorum disciplina, Nec regi nec coherceri homines possunt. Et parvit licentia infinita scandala, oriuntur sectæ, factiones, quia a ueris uenis, hoc est, a ueris doctribus populus facile auelli se sinit, ut igitur saluus esse foetus non potest, ante tempus, rupto chorio, Ita sciamus dissipatis ordinationibus Ecclesiastis <sup>in super</sup> eis periclitari etiam Ecclesiam. Verissimum est <sup>dua Antigone</sup> enim, quod ait sapiens Poeta Sophocles, ἐν τῷ μακρῷ γε καὶ πολὺ πέποιθεν οὐκ ὅτι πάντα τοῦτο γνῶσθαι μετὸν γνῶσθαι momenti

LOCI COMMV. PHILIP. MELANTH.

momenti est in his ordinationib. eo magis cœuere Pontifices oportuit, ne iniustæ leges, aut impij cultus adderentur ueteribus & bonis ritibus. Nam iniustæ leges non sunt durabiles, & motæ labefactant reliquam politiam, sicut apostemata lacerant chorium. Emendatis igitur uicijs, ritus utiles amemus & conseruemus, presertim cum Paulus precepit, ut in Ecclesia omnia fiant oratione & decenter, Et pedagogia ipsa prodest, ut sepe dictum est.

Nam cum audimus et tractamus Euangeliū, uocat Deus dociles animos, & est efficax per uerbum, Ita conueniunt & cetera, ut fibre attrahunt nutrimentum, per chorium affixæ cotyldonibus, ita nos quoq; docemur, & primum epar generatur, hoc est, ceremoniarum doctrina & pedagogia traditur, Hæc enim rudimenta sunt, uelut lac & primum nutrimentum pietatis, Postea cerebrum & cor, hoc est, doctrina fidei et noua uita & spiritualis accedit. Neq; hæc debent esse ociosa, sed ex doctrina & noua uita exerceri, crescere, & propagari debent, sicut ex corde propagantur arteriæ ac spiritus, ex cerebro nerui. Et hæc uestienda sunt carne, id est

## DE POLITICA ECCLESIASTICA.

id est, exteriori conuersatione honesta, sed omis-  
sa collatione ipsam uitam, ac naturam hominum  
intueamur, que non potest carere ceremonijs &  
ritibus, ut sepe iam dictum est. Quare ex animo  
amemus & defendamus & hanc partem Eccle-  
siastice politie, nobisq; inculcemos illos honestis-  
simos & grauiissimos uersus Poetæ. *Proprietas Antiquorum*

*Εἰς τὰ τολμαὶ σώμεθνη πεδαγχία, οὐτοις εὐραίησιν  
οὐτωδικαιουντέοντοι τοῖς κοσμονύμοις,*


Christus gubernet mentes nostras ad ueram  
pietatem, & restituat Ecclesiæ piam  
& perpetuam concordiam,


A M E N.


Lans Deo.

IMPRESSVM VITEBERGAE  
PER IOSEPHVM CLVG.

2009755







Duitsch <sup>XVI<sup>e</sup> Eeuw  
Gemeenkt: W. L.  
Ex-libris stamp of Rubert  
van Bechell.</sup>

